 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476.
 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486.
 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496.
 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506.
 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516.
 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526.
 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536.
 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546.
 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556.
 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566.
 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576.
 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586.
 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596.
 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606.
 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616.
 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626.
 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636.
 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646.
 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656.
 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666.
 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676.
 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686.
 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696.
 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706.
 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716.
 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726.
 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736.
 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746.
 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756.
 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766.
 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776.
 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786.
 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796.
 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806.
 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816.
 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826.
 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836.
 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846.
 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856.
 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866.
 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876.
 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886.
 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896.
 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906.
 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916.
 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926.
 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936.
 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946.
 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956.
 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966.
 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976.
 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986.
 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996.
 997. 998. 999. 999. 999. 999. 999. 999. 999. 999.

ANNOTATIO-

NES RENATI GVIL-

LONII IN GRAMMATI-

CAM GRAECAM

CLENARDI.

*

Alpha, uita, &c. Clenardus pagina 3.



P V D Gr̄ecos literæ sunt tantum uigintiquatuor: quarum figuræ, nomina, & potestates (quæ tria literis cuiuscunq; linguae accidunt) deinceps collocantur apud Clenardum pag. 3. Figura enim id nec dubie est, quod certis lineamentis atque tractibus, literæ corpus depingit. Nomen est ipsius clementii appellatio. Potestas uero, literæ ipsius ualorem pronunciatione indicat. Multiplex quidem certe & uaria est cuiusque literæ figura, cuius uarietatem colliges: tum ex Clenardo, tum ex elementalibus libellis, qui uulgi manibus quotidie teruntur.

Idem de earundem nomine & potestate facito.

Vocales longæ u, o, &c. Clenardus
pagina 4. uerbu i.

Capitalis & primaria omnium literarum Grecarum diuisio est, ut illas findas in Vocales septem, & in septendecim Consonantes. Vocales deinde subdividas in longas duas, u, o: in duas breues, e, i: & in tres ancipites, α, ι, υ. Longæ sunt, quæ semper longam efficiunt syllabam, nisi cum terminant dictiōnem, & sequens dictio incipit à uocali: tunc enim uocales natura longæ, & dipthongi omnes communem faciunt syllabam. Animaduersione igitur dignum, u, e, in capite, seu initio dictiōnum, in medijs item dictiōnibus, in fine dictiōnum sequen-

A te con

te consonante, perpetuò longas esse. Et si contigerit (ut dixi) illas finire dictioñem, & sequentem dictioñem incipere à uocali, tum *u*, & *o*, omnes præterea diphthongi tam proprie quam impriore (que & suapte natural longe sunt, haud secus atque *u*, & *o*) in carmine redduntur ancipes. Proinde ante uocalem sile, poëtica licentia sèpissimè corripuntur.

Breues uocales *e*, *o*, sunt, que semper brcuem faciunt syllabam, nisi extendantur positione. Fit autem & Græcis & Romanis positio, quando post uocales naturâ breves (cuiusmodi apud Græcos sunt, *e*, & *o*) due subsequuntur consonantes, ut *ē* quos, id est, septum, seu uallum: ὄγμη, id est, eruptio, motus, impetus in quibus *e*, & *o*, positione producuntur. Et apud Latinos, Armati rūmī, &c. Aut quando litera duplex, nempe *z*, *ȝ*, *ȝ*, sequitur, quarum duplicitum una quelibet æquè pollet, atque due simplices consonantes, ut in frā, oꝝp bꝝp, docebimus inter ipsarum duplicitum excutiendum potestatein.

Ancipes siue communes, *a*, *i*, *u*, Græcis dicuntur τὰ δίχορα φωνῆσαι, id est, bitemporez uocales, quia duorum sunt temporum, & ancipitis quantitatē, nunc brcuem, nunc longam constituentes syllabam. Non Hercule in eadem dictione, sed in quibusdam producte, in alijs uero correpta usurpantur. Dico itaque *a*, *i*, *u*, non idèo uocari δίχορα, quod ad cuiusvis arbitrium, ut quidam existimant, in una eademq; dictione & produci & coripi queant, sed eo modo δίχορα esse, quo omnes uocales apud Latinos: ita quod in hac dictione omnino producentur, in illa corripiantur, ut fusiùs docebimus in nostro Enchiridio ad cognitionem accentuum, & quantitatē syllabarum.

Turursem subdividito septem Vocales in Mutabiles, & Immutabiles: Mutabiles tres, *a*, *e*, *o*, que id nominis sortite sunt, quia in capite thematis alicuius uerbi constitute, in uerborum Præteritis mutantur, nempe *a*, & *e*, in *u*: & *o*, in *o*: codem quoq; modo in primo Futuro quorundam uerborum sextæ coniugationis,

nis & in thematibus uerborum in μ , si in sexta fuerint formatiuæ. Quid formatiuæ litera sit, uidebis paulò post. Immutabiles quatuor sunt, κ, i, v, ω : quæ si in uerborum thematibus fuerint capitales, seu initiales, in Præteritis non mutantur.

Diphthongi propriæ, &c. pag. 4. uersu 6.

Ex simplicibus prescriptis vocalibus coalescunt ac conflantur diphthongi duodecim, quæ diuiduntur in proprias diphthongos, & impropriæ. Propriæ sunt sex, quas disces ex Clenardo: quæ, ut placet Grammaticis, ita dicuntur, quod naturalis pronuntiatio illas postulet. quippe quæ eo quo scribuntur modo, & proferuntur, aut certe proferri debent. Impropriæ contraria, sic dicuntur, quod pronuntiatio naturalis illas non requirat. Tu eas diuides in ἀφωνούς οὐ καπνόφωνας. Tres sunt ἀφωνοί, α, η, ω , quæ quia scribuntur quidem, sed non proferuntur, præterquam instar simplicium uocalium α, η, ω , sine punctis subtus, que polleant iota, merito profectio diphthongi haec tres ἀφωνοί uocitantur, hoc est, mutæ seu obmutescentes: tu unica dictione asonas uocares, si dictione Latina cum Græca compositionem reciperet: dicuntur enim quasi ἀετοὶ τῆς φωνῆς, quod uoce careant saltem diphthongata, ut sic, docendi gratia, dixerim. Tres reliqua ν, γ, ω , ob duriusculam, minusque; auribus delicatis alioquinocinante ipsarum uocem, non iniuria uocē φωνοῦ nuncupantur, quasi malesonas dicas. Dum enim, ut decet, proferuntur, durum quid auribus infonat. & uestio quid (ut ita dixerim) Gotthicon, auribus iniucundum, si cum suauiucundaque; Diphthongorum propriarum pronuntiatione conferantur, audiu percipitur, ut nos alias docuiimus: & posthac rursum, si Deus permisit, nos itidem uixa uoce sumus docturi. Commentum plane grammaticum est diphthongus impropria, præsertim illa, quæ dicitur ἀφωνος, proinde ad pronunciationem nihil spectat. Nam Grammatici Diphthongorum mutationes indicaturi, aut certe in diphthongis, alterius Voca-

lis elisionem, eiusmodi Diphthongos inueniunt, ut sicubi ex *ai*, fiat *æ*, aut *iu*, ut non parum sepe fieri assolet, idq; iota eliso: quod tamen quia in Diphthongo propria, subiunctiva uocalis erat, ut uocalium neutra in illa transmutatione pereat funditus, solent Greci suppingere iota in tribus illis *æ*, *iu*, *ω*, que quidem ex Proprijs consurgunt Diphthongis. Atque adeò id factum esse palam est, ne ignorarent pueri in ea syllaba diphthongum desiderari. Quandoquidem autem ostendimus *æ*, *ε* *iu*, ex *ai*, coagmentari, eadem ratione *ε* *ω*, ex *oi*, fieri dicas, mutata breui prepositua in propriam longam: iota uero que subiunctiva est, suppingatur. Tres enim non amplius mutabiles esse Vocales paulò amè diximus, *α*, *ε*, *ο*, quarum quaecunque accidat permittande uocalis ratio, *α*, ex *ε*, mutantur in *iu*, *ε* ex *ο*, in *ω*. Ceterum ut de *κακοφώνη* compositione quoque aliquid dicamus, *uv*, modò ex *av*, modò ex *eu*, fieri, sequentibus exemplis comprobatur: *ἀντίσθιτον*: *ἐν χομαι*, *ἐν χέμη*, mutato ε psilo ex diphthongo *eu* in *iu*, idq; Attice, cum alioqui *eu* sit de classe Diphthongorum immutabilium, ut suo loco sumus dicturi. At *av* sit ex *ev*, mutata breui in propriam longam. Reliquum iam est, ut uero ostendamus ex *v* ε constare, atque hanc sibi comparare figuram, nimirum ut *i*, affixum ad latus *v*, *v*, suo apice pertingat corpus medium ipsius prepositiæ, que est *v*: Idem uero i longius se explicit deorsum. Que figura haud dubie commodior: tametsi chalcotyporum non nulli uoluerint aliam figuram innouatam sic *v*, subscripto i uidelicet, perinde atq; in *æ*, *iu*, *ω*.

Vocales prepositiæ *æ*, *ε*, &c. pag. 4. uers. 12.

Est alia uocalium diuisio propter Diphthongos duntaxat recepta, nempe ut in diphthongorum coagmentatione & coalescentia aliæ uocalium sint prepositiæ, aliæ uero subiunctiæ.

Prepositiæ, que quinque recensentur, *α*, *ε*, *iu*, *ο*, *ω*, ideo hanc nomenclationem adptæ sunt, quod subiunctiis prepositæ Diphthon

phthongos faciant: uel, quia in diphthongo constituenda subiunctiuæ preponuntur. Subiunctiuæ uero, quas & postpositiuas uocant, sic dicuntur, quod in constitutione Diphthongorum prepositiuis subiungantur: uel, quia prepositiuis subiunctæ aut postpositæ, diphthongos faciunt, ut patet in formulis à Clenardo prescriptis. Sunt'que due duntaxat Subiunctiuæ uocales in diphthongis, i, & u. Ex prepositiuis una est, utpote α , quæ diphthongos proprias constituit, αi , αv , & unam impropriam, $\alpha \cdot$. Verum enim uero, e, solas proprias diphthongos parit, α , ϵv : o item proprias propagat, oi , ov : n autem & ω , diphthongos tantum improprias, nv , n , ow , ω . Antiqui enī (ne quid silentio supprimam, quod sit operæ pretium) aut non suppingebant prorsus iota in diphthongis α , n , ω , quem morem adhuc retinuerunt Dores: aut certè ea utebantur figura, qua paulò ante depinximus y , hoc uidelicet modo pingentes, αi , nv , oi : sed quia & Scriptores & Chalcographi in forma earum depingenda, sepius ac numero hallucinabantur, Diphthongos plerunque proprias impropriarum uice depingentes, ob id aliud commentum subiijt animos eruditorum, nempe ut punctum exile substernetur, subiacere uue corpori ipsius uocalis alioqui prepositiue: quod quidem punctum designaret siue posseret iota. Veruntamen illud esse pretermittendum uidetur minime, uidelicet v , non solum subiunctiuam esse uocalem in diphthongis αv , ϵv , ov , nv , ow , sed etiam prepositiuam in diphthongo impropria y , $\epsilon i \circ$, $\mu \bar{u} \alpha$, $\alpha p \bar{u} \alpha$, & in consimilibus, quæ innumera sunt, quæq; possit ipse uenari tibi legendo classicos autores. Quandoquidem autem non ita multi aut Vocales diuisimus in mutabiles, & in immutabiles, eadem quoque diuisio in Diphthongos proprias non inconcinnè cadit: siquidem earum quedam sunt mutabiles, utpote αi , αv , oi : quedam uero immutabiles, nimurum ϵi , ϵv , ov : de quarum & transmutatione & statu agemus pluribus cum Clenardo suo loco, in tractatione augmenti temporalis uerborū. pag. 24. uers. 21.

ANNOTATIONES

Mutæ { Tenues $\pi, \kappa, \tau,$
Mediae $\beta, \gamma, \delta,$
Adspiratæ $\varphi, \chi, \theta,$ } pag. 4. uersu 12.

Diximus paulò ante consonantes secundum constituere partem generalis divisionis literarum apud Græcos, quæ profectò subdividendæ sunt in Mutas, Duplices, Liquidas, & in σ: & sic in septem uocalibus, nouem mutis, tribus duplicibus, quatuor liquidis & σ, habes iustum numerum uigintiquatuor literarum Græcarum. At subdividere denuo debes mutas nouem in tres Tenues π, κ, τ: tres Medias, β, γ, δ: & tres Adspiratas φ, χ, θ: Quæ duobus modis considerantur. Priore modo sic, recto uidelicet ordine π κ τ, β γ δ, φ χ θ, & hoc modo ferme per se & sine relatione alias ad alias expenduntur. Posteriore autem modo illas consideraueris, ordine in formula proposita transuersario, nempe à summo deorsum, sic, π β φ, κ γ χ, τ δ θ, ut π & φ extremonrum contrariorum rationem obtineant, haud secus atq; album & nigrum apud philosophos. Idem de reliquis mutis iudicium, nimirum ut tenues semper proprijs opponantur Adspiratis: econtrariò uero Adspiratae Tenuibus: quia naturam inter se contrariam sortiuntur. Interiectantur autem Mediae, quod medium quandam rationem & naturam habeant inter utrasque extremas, inter Tenues uidelicet & Adspiratas.

Tenues ideo sic nuncupantur, quod sine ullo spiritu denso ac sibilante proferantur. Adspiratae, contrà: quia cum spiritu crasso, denso, spumoso, & cum sibilo proferuntur. Mediae autem, ut diximus, cum utrisque extremis ita consentiunt, ut nec prorsus spiritu careant, nec prorsus ad spumosum flatum Adspiratarum accedant. Isthæc autem Mutarum oppositio inter se ideo fu, quia alie in alias sepissime migrant, ut facile coniugere licet in deductione aliorum Temporum ex alijs in Coniugationibus uerborum. Hic obiter notandum, primum ordinem contrariorum primam constitucere coniugationem, ut τω, βω, φω: & secun-

Secundum, secundam, ut $\kappa\omega$, $\gamma\omega$, $\chi\omega$: tertium item, tertiam, ut $\tau\omega$, $\delta\omega$, $\theta\omega$. Hactenus de mutis.

Duplices, ζ , ξ , ψ , pag. 4. uersu 26.

Duplices idcirco dicuntur, quia duarum uim habent simplicium Consonantium, in easq; non raro explicantur & dissoluuntur, cum ex illis analogie conficiantur. Atque adeo tres sunt, ζ , ξ , ψ , quarum ζ sit ex $\sigma\sigma$, uel $\sigma\delta$, & in eas sepiissime resoluitur, praesertim apud Dores: ut pro $\sigma\upsilon\beta\omega$, & $\delta\beta\omega$, $\sigma\gamma\delta\omega$, & $\delta\delta\omega$, scribunt Dores: $\mu\alpha\chi\omega$, id est, pinso, inde $\mu\alpha\zeta\alpha$, quam Latinis usurpata dictione Graeca massam nocant. ξ autem non tantum $\kappa\sigma$, sed & $\gamma\sigma$, & $\chi\sigma$, ualeat: ut $\mu\bar{\nu}\zeta\alpha\bar{\xi}$, id est, barba menti: a quo nomine resoluto ξ in $\kappa\sigma$, atque adeo inter utrumque collocata uocali σ , sit casus dignendi, & alij pariter obliqui casus: ut $\mu\bar{\nu}\zeta\alpha\bar{\nu}\mu\bar{\nu}\zeta\alpha\bar{\nu}$, &c. $\theta\omega\zeta\alpha\bar{\nu}\omega\mu\bar{\nu}\zeta\alpha\bar{\nu}$, & id genus alia. Sed aliquando, ut dixi, in $\gamma\sigma$ explicatur eadem ratione seruata, que in $\kappa\sigma$: ut $\ddot{\alpha}\rho\pi\alpha\bar{\xi}$, $\ddot{\alpha}\rho\pi\alpha\bar{\nu}\gamma\sigma$. Item in $\chi\sigma$, ut $\theta\epsilon\zeta\bar{\xi}$, $\tau\epsilon\chi\bar{\xi}\sigma$. Verum enim uero, ψ , seruata præterea ratione ea, que in superioribus, dissoluitur plerunque in $\pi\sigma$, inserta uocali, ut inde consurgat obliquus casus in nominibus: ut $\kappa\bar{\nu}\lambda\omega\dot{\psi}$, $\kappa\bar{\nu}\lambda\omega\dot{\nu}\psi$: $\omega\dot{\psi}$, $\omega\dot{\nu}\psi$, Aliquando uero in $\beta\sigma$, interiecta uocali: ut $\ddot{\alpha}\beta\alpha\dot{\psi}$, $\ddot{\alpha}\beta\alpha\dot{\nu}\psi$, $\varphi\beta\epsilon\dot{\psi}$, $\varphi\beta\epsilon\dot{\nu}\psi$. & aliquando in $\varphi\sigma$, ut $\sigma\kappa\beta\alpha\dot{\psi}$, $\sigma\kappa\beta\alpha\dot{\nu}\psi$: & alia eiusdem modi plurima.

Liquidæ siue Immut. pag. 4. uersu ult.

Quatuor sunt liquidæ Graecis, λ , μ , ν , ρ , totidem Latinis, & cædem, aut saltē ciuidem potestatis, l, m, n, r. Sed Graecis præterea Immutabiles uocitantur, quod non mutentur, migrantes in alias Consonantes, neque in declinationibus nominum: ut $\tau\bar{\iota}\bar{\tau}\bar{\alpha}\bar{\rho}$, addendo os, non mutato p, finali litera, Recli fit Genitius $\tau\bar{\iota}\bar{\tau}\bar{\alpha}\bar{\rho}\bar{\sigma}$: sic $\delta\bar{\alpha}\mu\alpha\bar{\rho}$, $\delta\bar{\alpha}\mu\alpha\bar{\nu}\sigma$. Neque in uerborum Coniugationibus, ut $\dot{\lambda}\bar{\alpha}\lambda\omega\cdot\mu\cdot\dot{\lambda}\bar{\alpha}\lambda\omega\cdot\nu\mu\alpha\cdot\mu\cdot\nu\mu\alpha$: in utroq; tempore λ & μ immotæ manent: sed quemadmodum Præsentis, ita Fu-

turi literæ sunt Characteristicae.

Σ, omissum à Clenardo.

In consonantium subdivisione omisit, σ, Clenardus: id que for-
tasse de industria, quod non sit de classibus Mutarum, Duplicium,
Liquidarum. Non enim muta est, quia neque tenuis, neque media,
neque aspirata. Ad hæc non duplex, cum non æquivaleat duabus
simplicibus consonantibus: nec tandem immutabilis, cum in casu
gigneudi plerumq; mutetur in τ, θ, φ: ut λέβης, λέβηντος: μονάδος:
μονάδος: ὄρεις ὄγριδος. Proinde σ à quibusdam μοναδινός, id
est, sui cuiusdam iuris, ac suæ potestatis dicitur. A quibusdam ue-
rò, ασημος, id est, sine nota et signo, quod aliarum Consonan-
tium notas invitas habeat minime, nempe ut uel muta dicatur,
uel duplex, uel liquida: sicuti in grege ouium, cæteris ouibus si-
gnatis, si carum aliqua non sit eodem quo aliae signo insignita et
notata, illa uocatur ὄις ασημος, quasi nulla signatione signatam
ouem dicat.

Accentus tres, &c. pag. 5. uersu 5.

Accentus à uerbo accinno dictus, quod accinat dictioni quam
afficit. Huic nomini respondet Græca uox τροπωδία, à πρός, id est, ad: οὐδὲν, carmen, canticum. Est autem accentus pronun-
tiandi ratio, syllabæ accidens. Syllabarum porrò, aliae longæ, aliae
breues, et aliae ancipites, que pro ratione quantitatis suæ acuin-
tur aliae uel grauantur, aliae uero circunflectuntur. Itaque tres sunt
Accentus, Acutus, Grauis, Circunflexus.

Acutus' sic pingitur, filii ex sinistra parte maiuscule literæ
lambda Δ.

Grauis' ex eiusdem parte dextera.

Circunflexus ex utraque Δ, aut sic α, ex superiori parte lite-
re θ, qui et hoc modo ornande potius scripturæ, quam ullius
necessitatis ergo notatur.

Notandum obiter, Græcos in assignandis Accentibus solitos
esse

esse singularum dictiouum syllabas ordine præpostero & retroacto supputare, nimirum incipientes ab ultima, à qua fit progressus ad penultimam, & à penultima ad antepenultimam. Ultra antepenultimam non retroagitur accentus, neque apud Græcos, neque apud Latinos. At in hoc dissident Latini à Græcis, quod Latini, ut proprium dictioni cuique assignent accentum, penultime syllabæ dictioñis illius quantitatem perpendunt: ut cum (dominus) penultimam habeat breuem, ideo eius accentus in antepenultimam retrabitur syllabam: dicimus ergo Bárbara, pyramidum, sileat, miracula, mémphis: aciendo in singulis polysyllabis declinabilibus uocibus antepenultinam propter penultimam breuem, quæ si longa foret, Accentum perpetuò retineret: ut meditáris auéna. Veruntamen in dictiōnibus dissyllabis siue louga, siue breuis sit penultima (uoco autem illam Penultimam, quæ anteit proximè ultimam dictioñis cuiuslibet syllabam, etiamsi prima sit dictioñis, ut in Disyllabis omnibus) eidein penultime perpetuò iusidabit Accentus. Exemplum de longa penultima, ut tegmine fagi, linquimus árua, lénitus in úmbra. De breui, ut dēus, áqua, mánus, & reliqua cohors dissyllabarum id genus. Sole autem indeclinabiles uoces apud Latinos Accentum in ultima syllaba recipere possunt, cuiusmodi sunt, porrò, ergò, maximè, & similes. Usus tamen in omnibus frequentior præualeat. Verum enim uero ultiue syllabæ quantitas apud Græcos expanditur, atque adeò pro ratione quantitatis ultime assignatur apud eos Accentus, uinc in eadem ultima, nunc in Penultima, nunc in Antepenultima, ut nos docebimus fusius in nostro Enchiridio ad notionem accentuum. De locis autem singulis singularium accentuum id interius est Prælibandum, Acutum ut pote in dictiōnibus tres sedes sibi uenādicare, ultimam. ut θέός, ὁ enim ultima syllaba acuitur: penultimam, ut λόγος, ὥρας: antepenultimam, ut τύποις, ταχανάτος. Et uerè solus Acutus, sua uoluti prærogatiua, antepenultime iusidere potest. Siquidem

Circunflexus duas tantum sedes occupat, ultimam, ut τωιω̄ : penultimam, ut βοῦται. Grauis autem, quanquam intelligitur in quaunque syllaba dictionis cuiuslibet, que neque acuitur, neque circunflectitur, nusquam tamen pingitur, nisi denum in ultima dictionis syllaba, cum maximè, cum καστε οὐκέπειρη, id est, in consequentia uerborum & continuatione uocum inter se, qui acutus insidet ultime syllabæ dictionis, aliam dictionem præeuntis in structura orationis: mutatur in grauem, ut paſſim contingere solet.

Acutus attollit syllabam quam afficit, ut θεός. Circunflexus tardat, ut βοῦλν. Grauis uero, est æqualis pronunciationis tractus, communisq; tenor his syllabis, que nec acutio[n]æ sunt, nec inflexæ, ut φιλοτεφία, solum iota acuitur, relique syllabæ graues sunt, ex ut docet Demetrius, καθ' ὅμαλοις μὲν ἀναγνωρται, id est, leguntur seruata æqualitate pronunciationis. Et quia deforme fortasse fuerit tot apices singulis inscribere syllabis, ideo suis partibus füngens, nusquam grauis, nisi loco acuti in solis (ut dixi) ultimis syllabis, idq; in contextu orationis, ut θεός ήμωρ, id est, deus noster.

Illud præterea adiiciendum ad extreum uidetur, dictionem acutio[n]am per se positam, hoc est, citra complexum orationis, aut etiam in clausula colloquatam, quippe que terminet sententiam, acutum perpetuo retinere accentum, nec conuertere acutum in grauem, nisi in oratione perpetua continuetur cum sequentibus alijs dictionibus: sic, ἐγι ἀνηρ ναλὸς καγάθος: cum alioqui ετ ἀνηρ, ετ ναλὸς, ετ καγάθος, ultimas syllabas suæ natura acuant. Hunc in modum autem accentus diuidas licet, ut dicas Accentuum alias dictionum esse, alias uero syllabarum. Duo sunt accentus dictionum, acutus uidelicet & circunflexus, quorum alterutro quilibet apud Grecos dictione insignitur. Ceterum Grauis dicitur syllabicus, quia in omni syllaba esse intelligitur, que neque acuitur, neque circunflectitur. Enim uero qui accentus quibusque dictionibus debentur, aperiemus quæ poterimus

terimus luculentissime in nostro libello de accentibus.

Spiritus duo, asper, &c. pag. 5. uersu 10.

Duo sunt apud Grecos Spiritus, Asper, siue densus, qui praefixus literis maiusculis sic^c pingitur, ut in parte sinistra literæ, n, ita concinnetur. Minusculis autem prepositus sic^c, ut pars sit media circuli integri, ac ueluti semilunum, cuius cornua explicentur in dexteram: pars uero gibba et circumferentia in sinistram: ut Ομηρος, Ἀριστος. Tenuis, siue lenis cum maiusculis literis uocalibus fit ex dextera parte uocalis n, hoc modo^c, cum minusculis autem sit^c, ut sit pars altera circuli integri aut semilunij, cuius cornua ad sinistram: circumferentia uero, cum gibba parte ad dexteram uergant: ut Ανθεωνος, ανθερος. Hactenus exemplis comprobatum, notas Spirituum supra Vocales initiales dictionum collocari. Omnis enim dictio incipiens a uocali, uel adspiratur, ut ετερος: uel tenuatur, ut αλιθεα. Ut autem in transitu nonnihil de pronuntiatione quoque Spirituum dicamus, quæ haud dubie silentio prætereunda minime uidetur, animaduertas licet Spiritum asperum Grecorum cum suis uocalibus haud secus proferri atque n, he litera Hebræorum cum punctis uocalibus: aut apud Latinos, h, que nota duntaxat est aspirationis praefixa uocalibus, ut ha, he, hi, ho, hu. Econtrario uero spiritus tenuis Grecorum profertur ut N, aleph Hebræorum cum suis motionibus sine ullo uidelicet spiritu flatu' ue denso, atque adeo hæsitante, ut in N, he, in gutture. Vel dicas Tenuem spiritum Grecorum proferri eo modo, quo Latini uocales suas sine, h, nota aspiracionis pronuntiant, ut a, e, i, &c. Nec te male habeat, studiose lector, quod sinam te hoc loco ambiguum, utro spiritu insignire uocalem dictionis initialem debeas, si tibi calamo sit admouenda manus. Non enim presentis est instituti atque operis, spirituum regulas tradere (notas et pronuntiationem duntaxat edere hoc loco in animo est) quia maius profecto otium postulauerit, quam quod nobis in presentia contigit. Proinde tu

interim

interim dum maius nanciscamur, quò eas peculiari aliquo libello perstringamus, ipse multa frequentiꝝ eximiorum autorum lectione uenabere, ut eorum Spirituum usum tibi compares. Usus enim omnium artium magister atq; architectus, recte comparatus, eas quas expetis spirituum regulas abunde satis suggesteret.

Consonans g,&c. pag. 5. uersu 13.

g, & v, in principijs omnium dictionum perpetuo adspirantur, hoc est, notantur spiritu aspero: ut φάνη, φίλω, νίος, ὁ. Quod si, g, in medijs dictionibus gemineur, prius g, tenui spiritu signatur, ne syllaba illa desinat in literam adspiratam. Nulla enim apud Graecos syllaba in adspiratam desinit: g, uero posterius, quia initium est noue syllabæ, ideireo perinde atque in principio dictionis, adspiratur: ut ταρρόσια, id est, dicendi libertas atque licentia. At g, simplex unicum'ue, in medio dictionis corpore neutro duorum spirituum signari debet. Cum autem dixerim, nullam apud Graecos syllabam desinere in literam adspiratam, argutulus aliquis legis huiusc precurseator conabitur fortasse cuerte re hanc nostram sententiam, atque ostendere eius, quod diximus, contrarium. Cui hoc unum uelim responsum, si conuigerit duas reperiiri adspiratas in media dictione, ut in ἀφθονῷ, utrāq; adspiratam coniunctum pertinere ad sequentem uocalem, id quod compositiones plerūq; indicant: nam in ἀφθονῷ & priuans est, pro ἄνθ, unde seorsum proferri debet, & non sequente adspirata: φόνῳ uero item separatim, ex quibus componitur ἀφθονῷ, id est, ἄνθ & φόνῳ, sine inuidia, seu inuidia carens. Idem iudicium de reliquis etiam in appositione, ut νύχτ' ὄλω.

Apostrophos nota est, &c. pag. 5. uersu 17.

Ἄπέστροφος ab ἀπό, à: φέρω, uero, unde ἀπέστροφος, aueratio. Nota est detritæ seu elise & reiecte uocalis à fine dictionis. Auersionis enim nota ponitur supra locum ablatae uocalis à fine dictionis, propter initialē capitalem que uocalem sequentis

dictio

dictionis: ut ἐπ' ἐμὲ, pro ἐτὶ ἐμέ. Solent autem hoc pacto elidi quatuor Vocales, quarum in locum Apostrophi nota sufficitur, α, ε, ι, ο, τε due Diphthongi apud Poëtas, αι, οι. Eliditur τε και, per Apostrophum, licentia poëtica, apud Homerum in catalogo nauium, ubi in exemplari Aldino sic habet: Τληπολεμος δ' ἐνὶ τῷ Φάρῳ ἐνὶ μεγάρῳ ἐν τάκτῳ, id est, Tlepolemus autem posteaquam educatus est in palatio affabrefacto. In quo uersu Φάρῳ, pro τῷ Φάρῳ positum est, ut docet uetus interpres Græcus. Notam autem Apostrophi sic describas: depingasque oportet, ut sit dextra pars circuiti ad ultimum consonantem apposita, qua ostendatur partii orationis deesse ultimam uocalem. Ex hac autem Apostrophi descriptione constat eam tenuis Spiraculi figuram habere. Verum in hoc differunt, quod signum Spiritus tenuis in principijs dictiorum à uocalibus inceptarum ponitur: Apostrophi uero nota insidet literæ finali, index utique (ut dixi) uocalis, uel diphthongi in calce reuulsa, ut ἀφούτως.

Quæ si adspiretur, &c. pag. 5. uersu 19.

Notabis hoc loco mutantem tenuem π, κ, τ, τε in compositione, τε in appositione manere tenuem, nec converti in propriam adspiratam aut uocalem capitalem sequentis dictioris affectam spiritu tenui. In appositione, ut τάρτη ἐλεγον: in compositione, ut κατάρτησον. Quod si uocalis sequens adspiretur, tenuis muta finalis precedentis dictioris migrabit in propriam adspiratam φ, χ, θ. Quia omnis tenuis muta perpetuo concipit adspirationem sequentis uocalis: ut νύχθοντης. Et quia appositio est, non compositione, ipsa uocalis sequens suam etiam retinet adspirationem, quam in compositione perderet seu abiceret: ut in καθαπτομεναι, αφαιρεσμαται, τε similibus.

ὑφερ, id est, subunio, nota est, qua ultimur, cum duas dictiones natura diuisas coniungimus: ut ὅπως τῷ: Vel que male diuisas coniungit hoc modo, Pauca in coniunctio, loquere: uel, conspiciuntur, sus, conspicitur sus.

Prodięgo, id est, subdistinctio, est nota, qua non cohaerentia discernuntur. Vel distinctio est, quæ syllabas male cohaerentes separat, sic, rō, tē : aliud enim significat, rōtē : ó, tī, & ótī.

Latini inter declinandum, &c. pag. 6. uers. 20.

Ἄρθρον Græci Articulum vocant, & ut autor est Moscopulus, deducitur ab ἀρθρώ, quod est, coapto, compingo, & cohaerere facio, quòd hoc Articulo membra orationis coaptentur, cohaerent inter se, & compingantur. Nominum preterea & Casus & Genera dignoscantur. Minutissima quidem certe orationis particula est Articulus, sed eiusmodi, ut si eam tollas, nihil aptum, nihil integrum, nihil sonaueris decens. Quemadmodum enim hæc corporis nostri moles articulis roboratur, uegetatur, & compingitur : sic articulis, orationis partes alioqui dissimilatae & discriminatae, compinguntur. Idioma autem Romanum articulos ignorat, quippe quod ne uoce quidem ulla Græcorum Articulum exprimere ac reddere queat. Ceterum quòd Grammatici Latini nominum declinandorum casibus prefixerunt, hic, hæc, hoc, id nec dubie docendi gratia fecerunt, non quòd Latinus sermo illos haberet articulos. Gallicus sermo articulos habet, atque adeò Græcanici articuli uim exactè noueris ex idiomate Gallico : ut si Græcus dixerit, ἦ ἐόδης τῇ Πέτρᾳ, Gallus suo idiomate sic reddet, la robe de Pierre : Romanus uero, uestis Petri, sine expressione articulorum & Græcanicorum & Gallicorum. A superiori oratione Græca exime articulos & & τ̄, nihil decentius souabis, quam si dicas Gallicè, robe Pierre, sine articulis la ex de : id quod inceptum prorsus apud Gallos fuerit. Non perpenè tamen Emphatica erit apud Græcos particula, Articulus, sed aliquando addetur, aliquando uero detrahetur, uenustandæ orationis gratia. Ut autem res ponatur ob oculos, dicimus Articulos Gallorum à nonnullis Notas casuum non omnino inceptè appellari. Eas autem docendi gratia sic proponemus : Articulus masculus singularis apud Græcos est, ó, qui à Gallis exprimitur hac vo-

ce, le;

cc, le : ut ὁ δέκατος, le seigneur : sc̄mineus articulus, & Grec̄c̄, la,
Gallicē : ut ἡ δέκατη, la dame : & in numero multitudinis utri-
usq; generis dicimus Gallicē, les : ut οἱ δέκαται, les seigneurs : αἱ
δέκαται, les dames. Galli cum Hebr̄ais carent Articulo neutrius
generis, sed pro eo utrique usurpant masculineum. Articuli autem
Gallorum exprimentes articulos casus Gignendi, Gr̄corum ha-
bita tamen ratione generis & numeri, sunt, de, du, des. Dandi ca-
sus, a, au, aux. & sic deinceps. Enim uero eadem fermic in omni-
bus est Gallis cum Gr̄cis & constructio, & loquendi ratio. Pro-
inde ut rānque literam utpote eum altera conseras, ut ex energia
unius alterius uires non ægrē agnoscas. Musa quidein certe Ro-
mana quanquam apud se superba, & elegans, tamen non perinde
facile cum Gr̄ca conferrī potest.

Prima est in as masculinorū, &c. pag. 7. uers. 10.

In ea fuit hæresi Clenardus, ut quorundam neotericorum op-
tionem sequutus, putauerit quædam nomina in ἡς prime declina-
tionis communis esse generis : ego uero frequentiorem usum iugiter
approbans, facilius subscripterim opinioni Theodori Gaze,
& Demetrij Chalondyla, aliorumq; priscorum ac primariæ clas-
sis Grammaticorum, qui omnia prime declinationis nomina sive
simplicia sint, sive composita, sive deriuata, sub utraq; terminatio-
ne, & uidelicet, & ἡs, mascula esse censem, ut omnia secundæ sunt
fœminæ. Quod si à nonūnibus Prime Fœminæ deducere uelis,
tu illa ex prima, que propria masculinorum tantum, deriuabis, uel
in Secundam, uel in Quintam, prout nonūni congruet magis &
quadrabit uel secunda, uel quinta : ut ὁ δικαστής, & ἡ δικαστία, τῆς
δικαστιας ὁ φάλτης, & ἡ φάλτης, les : ὁ τολίτης, & ἡ τολίτης,
τολίτης & ὁ δεκατης, & ἡ δεκατης, ὅτιος, & δέκατη,
ōtios : ταραχότης, & ἡ παραχούοις, ταραχότης. Tu idem de re-
liquis indicato atq; obseruato legendis autoribus nominatiissimis.

Dualia & plural. &c. pag. 7. uersu 16.

Articulus fœminus dualis numeri est, τὰ, τῶν, pluralis ἡ,

τῶν

$\tau\alpha\omega$, &c. ubi eung; habet τ, literam capitalem, aut supra uocalem initialem spiritum asperum, tu inde utrumque detrahito, habebis singulas $\kappa\alpha\tau\alpha\lambda\eta\epsilon$ singulorum Casuum dualis & pluralis numeri Nominum omnium primæ inflexionis. Quando ergo dicit Clenardus (conueniunt cum articulo) non possunt cum eo, nisi terminatione tantum conuenire. Iam uero oculos deflecte in elem-chum declinationis, in quo ab autore prescribitur tibi formula inflectendorum per singulos & numeros & casus nominum omnium huiusc clasis primæ.

Finita in δ α , θ α , γ α , &c. pag. 8. uersu 14.

Quæ nomina secundæ inflexionis desinunt in α, illa formant genitiuos mutato α, in β, γ, ι, μησα μονος. Excipe inde habentia ρ, δ, θ, aut uocalem diphthongum ue pro literis characteristicae: quia eiusmodi omnia retinent α, finalē recti: in obliquis omnibus, immutabilem: ut μαια μαιας, α, αι. Reliqua exempla repetas ex Clenardo. Siquidem autem dictio omnis apud Græcos, suam habet characteristicam, id est, formatiuam, figuratiuam: nec dubie illam uoco Characteristicam dictionis literam siue uocalem, siue consonantem, quecumque proximè anteit uocalem illius dictionis finalē.

α preterea purum uocat Clenardus; quod uel uocalem, uel diphthongum ante se habet pro figuratiua. Quia omnis litera, inī & syllaba apud Græcos pura dicetur, que habuerit ante se uel uocalem simplicem, uel diphthongum pro characteristicā. Quod si habeat consonantem, dicetur impura.

Duala & pluralia sequuntur, &c.
pag. 8. uersu 24.

Neutra tertiae in duali & plurali sequuntur terminationem articuli neutrius generis eiusdem numeri. Mascula autem, Fœminea, & Communia sequuntur terminationem articuli masculi inter declinandum. Ex hac Tertia Græcorum declinatione fluxit

fluxit Secunda Latinorum. Tu iam perpende clenckum formularium declinationis tertiae ab autore tibi propositum.

Quarta declin. Atticorum. pag. 9. uers. 8.

Non solum Attici, sed & Doris nomina in hac quarta declinatione inflectunt, quam ex Tertia (in qua lingua communis declinatur) in hanc Quartam, quae ipsorum est propria, deriuant, converentes ubiq; o tertiae, in ω , ut ex tertia confletur quarta. Reliquas mutationes Diphthongorum, oi , ou , & Neutrorum plurium in ω , ex α , tertie discito ex Clenardo.

Quinta declin. imparis. pag. 9. uersu 27.

Cum uarie sint terminationes non unum quinta declinationis, ex illis haud dubie numerosis Genitius, alioqui supra Reclum excrescens, in os perpetuo desinit. Vbi autem Genitium ex Nominatio formaueris, eiusdem Genitii literam figuratiua perpendito. Quia quae litera Characteristica est Genitii singularis, eadem perdurabit figuratiua in reliquis deinceps casibus, cuiuscunque sint generis nomina, & numeri: præterquam in Dativo plurali in oi , uel actu, uel potentia perpetuo desinente. Ceterum ex hac Quinta Graecorum facta est tertia Latinorum.

Quod si tum penult. pag. 16. uersu 2.

Quinta est penultima Dativi singularis nominum quinta inflexionis, tanta esse quantitate debet & Dativi pluralis penultima. Nam si longam penultimam, sive naturam, sive positione habuerit singularis Datius, penultimam quoque extendet Datius pluralis, eo quo docet modo Clenardus in habentibus, δ , θ , v , τ , pro indicibus Dativi singularis, in eisq; positionem facientibus. At breuis penultima singularis Datius, breuis quoq; manebit in plurali Dativo, qui tamen semper à suo singulari, eo quo docet modo Clenardus, formatur. Exempla liquidò constant ex uerbis ipsius autoris, tu ex eo illa expiscare.

Illa in $\eta\varphi$, quæ Syncop. pag. 16. uers. 10.

Nomina in $\eta\varphi$, quæ inter declinandum Syncopen patiuntur, à Dativo singulari Syncopen passo, Datiuum pluralem posito σ, ante i, formant sed ad uitandam καιροφυιαν, quæ fit ex concursum tot consonantium male duriterq; inter se coherentium, interseritur ε. Exempla id probantia reperias plurima apud Clemenardum, tu ex eo illa in tuum usum de promoto.

Atq; hæ quidem declin. &c. pag. 16. uers. 16.

Decem sunt apud Grecos noniūnum Declinationes, quæ diuiduntur in quīque Declinationes nominum simplicium, hoc est, simplici formula et sine ulla contractione declinatorum, et in quīque Contractorum nominum inflexiones: intelligas tamen oportet, quīque ordines contractorum ortum ducere à quīnta simplicium inflexione: formante Genitium in os purum, et reliquos item Casus in terminationem p̄teram. Contracta nomina sunt ea, quæ uel Syneresis uel Crasis patiuntur, et ob id à Græcis illa ημπαθη, hoc est, passa, seu affecta uocitanur. Alia uero, que ut pote superius tradita sunt, et απλα, et απαδη, id est, simplicia, et impassa nominantur. Et, ut quod res est, summatim dicam, nulla neque nomina, neque Verba dicuntur Contracta, nisi quatenus passa sunt uel Crasis, uel Syneresis, ita ut in Nominibus uoces omnes incontractae sint plane. Quīntæ simplicium nominum declinationis: ubi uero receperunt contractionem, tum fiunt alicuius classis Contractorum nominum. Idem de Verbis iudicium, ut suo loco fusiūs aperiemus.

Est autem Syneresis duarum uocalium seruatarum in unam diphthongum contractio et coalescentia: ut cum ει in ei, ει in οι, αι in α contrahuntur, ut ἐφτι, ἐρει: λατοι, λατοι, γηραι, γηραι. Eiymon autem sic habet, ut deducas à ουρ, cum: Ει αιγέω, Ει per Crasis ειρω, capio, traho.

Crasis uero, est duarum uocalium, ueluocalis et diphthongi mutatarum in unam uocalem, uel diphthongum commissio: ut in his

in his, àληθέος, àληθεῖς : àληθέα àληθῆ : àληθέοις, àληθοῖς : in quibus eo in ov, et ea in u, et eoi in oi miscentur et contemperantur. Dicitur autem Crasis à uerbo κεράννυμι, cuius Præteritum actuum est κέρανα per Syncopen, pro κεκέρανα, unde passiuum κέραμα, à cuius secunda persona uidelicet κέρασαι, sit uerbale κέρασις, id est, mistio, cōmistio, temperatura, uel tempe ramentū. κεράννυμι et κεράννω significat misceo, et temporo.

Animaduertes porrò, omnem et Syneresin et Crasin fieri perpetuò uel ex duabus uocalibus breibus in longam uel uocalem uel diphthongum: uel ex breui et longa, et semper in longam. Quod si coningat longam præcedere breuem, nulla inde fict contractio, nisi rariissimè apud poetas, ut nos fuissemus in nostro enchiridio ad notionem Accentuum et quantitatis syllabarum. Tu reliqua exempla tibi deponem ex Clenardo: fuerit enim non difficile præsertim industrio et ingenuie nato.

Prima declin. &c. pag. 17. uersu 5.

Tres sunt terminaciones, quas Greci καταλήξεις uocant, nominum omnium primæ classis contractorum, nempe, ος, ες, ος. Notabis tamen in transitu, Neutra in ες deduci à Communibus in ος, atq; adeò huiusc inflexionis nomina omnia habere ε, pro Charakteristica, seu indice litera obliquorum casum, ex qua uocali ε, et sequente uel uocali, uel diphthongo, contractionē fieri, eo quo tibi prescripsit modo Clenardus in formula contractionū nonūnum primæ inflexionis. Adhuc nomina que in omnibus casibus cōtrahuntur, διοπαδην à Græcis dicuntur, à nomine διος totus, τάλος affectus, passio, quod tota sint affecta, nempe in omnibus casibus contractionē recipiat, ut ἡρακλην, ἡρακλην : ἡρακλεος, ἡρακλέος, et ita deinceps. Que uero non in omnibus, sed in multis duntur contrahuntur, à Græcis τολυπαδην uocantur, à τολυ multum, et τάλος affectio, quod in multis, nec tamen in omnibus casibus affecta sint contractione: ut θημοοθίνες, θημοοθίνες ovs, et ita deinceps: in quo Nominatiuus et Vocatiuus singulares no-

contrahuntur. Idem iudicium de reliquis id genus. Sed repe-
riuntur nonnulla in Secunda potissimum declinatione, item in
Tertia & Quarta, quæ quia in paucis casibus patiuntur con-
tractionem, vocantur propterea διγραφῆ: διγραφa enim est
paucus, wad & uero passio, quasi paucipassa, aut paucipa-
tentia dicas.

Secunda declin. pag. 18. uersu 8.

Secunda contractorum declinatio habet pro indice seu forma-
tiva obliquorum casuum breue, i, ex quo & uocali sequente sem-
per fit Contractio in i, longum. Omnis enī syllaba contracta lon-
gā est naturā. Quod si proprietate linguae Ionicæ uerteris, i, figu-
rativam in e, eandem cum Prima contractionem recipiet, sed in il-
lis duntaxat casibus, in quibus hec Secunda contractionem admittit.
Est enim de classe διγραφῶ, id est, paucipassorum,

Quinta declin. &c. pag. 19. uersu 26.

In hac declinatione duæ duntaxat Contractions recipiuntur,
nempe in α longum, & in ω: si enim ex uoce communis linguae
uox Ionicæ, reuulsa, τ, litera characteristicā. Deinde ex uoce
Ionicæ, utpote hiulca, conflatur Contractio, quæ propria est Atti-
corum. Et quia in hac declinatione, α, breue, litera est chara-
cteristica uocis Ionicæ, ex qua consurgit Attica contractio, si aut
i, aut e, sequatur figuratiuam α, semper in α, fiet contractio, sub-
scriptio tamen iota, si, α, fiat ex αi. Quod si precedat α, & se-
quatur ω, aut o, siue solum siue in diphthongo, semper fit contra-
ctio in ω, subscripto tamen i, si fiat ex ei, sic ω.

In uerborum coniug. &c. pag. 20. uers. 16.

Διαβοεις, id est, dispositio uerborum, formulæ uidelicet
coniugandi, ac figurae tres sunt in uerbis Barytonis & Circun-
flexis, nempe ω actiuorum, μαι p̄ficiuorum, & μαι mediorum:
ω dispositio actiua est, id est, quedam coniugandi formula, qua
per omnes modos, omnia tempora, & omnes personas facilis
notio

notio est, quæ terminatio actiua sit: ut γέραψω, γέραψεις, γέραψε,
γέραψται, ἐγέραψα, dispositionis actiue sunt, quia ex eo deducuntur. De passiuorum & mediorum dispositione itidem est iudicandum. Appellatione dispositionum Demetrius τὰ γένη, id est, genera uerborum intelligit. Sed ex hac nostra diuisione dispositionum, si dispositio pro genere sumatur, palam est, aliam esse rationem generum apud Latinos, & aliam apud Grecos. Genera Latina uerbi significationem explicant: Graeca uero pro dispositionibus sumpta ductum siue filum coniugationis indicant. Quod si Graecorum genera non pro dispositionibus summas, sed Latinorum more illa quatenus uerbi significationem explicant, consideres, multò plura nec dubie uerborum genera apud Grecos reperias, quam apud Latinos, ut ex altera hac diuisione patebit hoc modo: γένη τὸν εὐρεγγήσικόν, id est, genus aktuum, ut τὸν πτω, uerbero: τὸν θῆσικόν, id est passiuum, ut τὸν λόμον, uerberor: δὲ λέτερον, id est, neutrum, ut ὁ γιάρω, id est ualeo: γένη, uiuo: κοινὸν τὸν μέτοπ, id est, commune, siue medium, ut βιάζομαι, id est, compello, uel compellor: cogo uel cogor: uiolo, uel uiolor. Per se actiuum siue depouens Graeci autoereγγήσικόν, & αὐτοθῆσικόν, ut μέχομαι, id est pugno: αὐτοταθῆσικόν, id est, per se passiuum, ut πάσχω, patior: δλοερεγγήσικόν, id est, omnino actiuum in uerbis neutris, ut ἀναβάνω, id est, descendendo. Et αὐτοθῆσικόν, id est, per se neutrum, ut τλαγτῶ, id est, ditesco, omnino passiuum, plusquam medium, seu plusquam commune: de quibus omnibus latissime se expandit diuisio tum apud Gazam, tum apud Demetrium.

Quinta in λω, μω, ρω, γω, &c. pag. 21. uers. 21.

Quinta coniugatio habet quatuor liquidas siue immutabiles, λ, μ, ν, ρ, characteristicas Præsentis & Futuri, que manent in alijs quoque temporibus, non iugiter, figuratiue, sed ante ipsorum temporum figuratiuas: ut ηλλω, Fut. ηλῶ, ἐηληνα, ἐηλμαι, ἐηλθω. Merito preinde Immutabiles dicuntur,

quia non mutantur in alias consonantes, sed eadem perpetuo retainentur: uel ita reiciuntur, ut nulla alia consonans in ipsarum locum sufficiatur. In alijs Coniugationibus secus, siquidem indices thematis uerborum prime coniugationis, n. β, φ, in Futuro migrant in ψ, Præteritum uero assumit φ, pro indice. In alijs uero coniugationibus perinde, sola Quinta excepta. Notio: Quandocunq; σ est figurativa futuri, κ est index Præteriti perfecti: ut ἀδω, ἀσω ἡκαφράζω, φράσω, τέφραν: ἀκούω, ἀκούσω ἡκούναι. At in quinta coniugatione, dicet aliquis, Præteritum in κα desinit; nec tam Future in σω: Cui respondendum, non immixtò prorsus Præteritum quintæ sibi reseruasse κ, pro indice, siquidem proprietate duarum linguarum, Aeolicæ uidelicet & Doricæ, Future in uerbis omnibus quinta in σω desinit, retenta tamen autē σω figurativa uocis lingue communis: ut φέλω, Future commune φέλω, Doricum & Aeolicum φέλσω: sic στέρω, στέρω, στέρσω: νέμω, νέμω, νέμω, & ita in reliquis.

Præsens singulare τύπτω, pag. 23. uers. 14. & 15.

Præsens, quod modò fit, significat, ut λέγω, id est, loquor. A Græcis uocatur ἐρέτως χρόνος, id est, instans tempus, ab ἐπι, id est, in: & ισημι, sto: significat enim id quod adest, quodq; præsens est, quippe actum ipsum existere, & nondum desisse indicat.

Imperfectum, &c. pag. 23. uerlū 24.

Præteritum imperfectum à Græcis ταραστίνος χρόνος dicitur, id est, extensiu[m] tempus, extenso utpote tempore in rem que agebatur nondum perfectum. Nonnulli Grammaticorum inchoatiuum modum uominant, quia id quod agitur, partim quidem præterisse, sed adhuc pendere, & quasi extensem esse significat. A ταραστίω, id est, extendo: ut, Cūm tu ridebas, plorabam.

Datiis pluralib. &c. pag. 23. uers. 26.

Ex uerbis auoris tibi ostenditur dyntaxat lingue communie.

nis appendix. Et uero lingua Atticā fit eadem, etiam ante Consonantem sequentis dictionis capitalem: ut τύπον ουσιας τηρετ. Tu ergo cum canonem sic colligas, Datius pluralibus in i, desinenti- bus, tertiijs item personis quoruncunq; uerborum aut in e, aut in i, finitis, communes quidem r, appendicem addere consueuerunt se- quente dictione: que incipiat à uocali: Attici uero etiam sequente consonante. Iones nunquam, quippe qui ex dictionibus et ora- tionibus quantumuis hiulcis gaudent, aut certe in predictis ca- sibus et personis i, uel e, per Apostrophon elidere solent. Et quia in mentionem Apostrophi denudò incidimus, supplenda hoc loco sunt à nobis illa, que de proprietate Apostrophi incogitan- tes omisimus, cum de Apostropho ageremus, nempe omnem Vo- calem, que elidatur per Apostrophum, breuem esse, etiam si de classe Bitemporearum sit. Quod si sint diphthongi ae, ει, οι, que natura sunt longae, et in fine dictionum ante uocalem sequen- tis dictionis capitalem, anticipites, in ratione tamen Apostrophi perinde atq; in ratione assignandorum Accentuum, pro brevibus habentur, et proinde apud poetas potissimum per Apostro- phum frequentissime eliduntur.

Diphthongi mutabiles, &c. pag. 24. uers. 21. & 22.

α, ει, οι, prepositiue uocales, in Diphthongis mutabilibus ae, ευ, οι, nihil minus mutabiles sunt, ac cum citra complexum diphthongi comperiuntur. Nam α, in ε, ο uero in οι, proprias ut- pote longas commutantur: subiunctiva uero i, illis suppingitur. At in diphthongis immutabilibus nulla fiet neq; prepositiue ne- que subiunctiue uocalis mutualio, nisi aliquando apud Atticos, qui ex diphthongis ευ, ει conuertunt e prepositiue diphthon- gi in ε: ut ἐν χομαι, ἐν χόμαι, ἐδει, κόλαι, noueram, Plusquam- perfectum medium à themate ειεω. In η autem iota subditur, quod illi est perpetuum, quando subiunctiva est in diphthon- go Propria, si ex Propria conflaueris Impropriam: u non item.

Perfectum τέτυφα, &c. pag. 25. uers. 9. & 10.

ταρχείμενος χρόνος, id est, adiacens tempus, quod uulgo Latinorum Præteritum perfectum dicitur, prorsum absolutam actionem designat. Et Græcis adiacens tempus dicitur, quia quod iam primum factum est significat: à ταρχῇ ad, iuxta: τοῦ μηνὸς iaceo: unde compositum ταρχαιμένου adiacens, ταρχαιμένος adiacens. Totum enim (ut dixi) actum exactum esse significat, sed paulo ante, ita ut instanti seu presenti adiaceat: unde quia tempus signat præteritum, sed limitatum, τοῦ circumscriptum, ideo ab Aoristo differt, ut aperiam suo loco.

Quod ad primam (scilicet syllabam) attinget, pag. 25. uersu 14.

Quaecunque uerba uocales habent, diphthongosq; tam mutabiles quam immutabiles thematis initiales, quæcunque item à consonantibus incepta, in principio Imperfetti habent & augmentum syllabicum positione longum, ea idem initium habent in omnibus Præteritis, nempe præterito imperfecto, perfecto, plus quamperfecto, & duobus Aoristis: ut ἀριθμούσι, ἀριθμητική, ἀριθμός, ἀριθμητικός: sic απέρω, ἀπέρχεται, ἀπέργειρ, ἀπειρά, ἀπέροπ: eodem modo id genus reliqua omnia, quæ sunt innumera, quæq; tua ipsius diligentia tibi uenaberis, perlegendis magnis autoribus.

At dissyllaba quinque, &c. pag. 26. uersu 8.

Ab hac lege exorbitant uerba dissyllaba Quintæ coniugationis habentia με pro indice tum Præsentis, tum Futuri: siquidem non mutant & futuri penultimam in α in præterito, sed formant præteritum, præteriti uice penultimam instar uerborum Sextæ coniugationis Barytonorum, aut certè Primæ contractorum, ac si νεψέω, uel per κράτηρ νεψώ, pro νέψω Barytono usitato dicebent, unde Futurem foret νεψίω, uertendo σω in να, prefigo: p. Augmento ex futuro formaueris Præteritum νεψίω-

ne uisitatisimum, et non revera. quod quidem præteritum format paulo post Clenardus ascito et ad u, per Epenthesin uidelicet uocalis, n, Tu utranque rationem expende, ut collatione utriusque, et autoris, et meam intelligas mentem.

Plusquamperfectum ἐτεύφειρ, &c.

pag. 26. uers. 20. & 21.

Plusquamperfectum uocatur Græcis ὑπερσυλλειμὸς χρόνος, id est, plusquamperfectum tempus, eius usus est Græcis, qui et Latinis: ab ὑπέρ supra, σὺν cum, et τελέω finio, perficio, quod finitum esse actum, et multò ante significet.

In fronte assumitur ε, &c. pag. 26. uers. 23.

Quæ habent ε, incrementum syllabicum breve in fronte Imperfeci, quo modo ad Præteritum usq; plusquamperfectum crescant in principio, tu sic perpendito: τύπτω presens dissyllabicum est: ἐτυπτόη, imperfectum trissyllabum: τέτυφα perfectum trissyllabum, crescit una duntaxat litera, que ex initio thematis repetitur supra augmentum syllabicum, si ipsum quidem fuerit breve ad constitutionem prime syllabæ præteriti perfecti τέτυφα, quod quia incipit à consonante, Plusquamperfectum assumit denuo, ε, incrementum alterum syllabicum. sic, ἐτεύφειρ: de reliquis idem iudicium. Notabis tamen, Plusquamperfectum aliquando contentum esse augmentatione Præteriti perfecti, ut doceretur alias.

Aoristus primus ἐτυψα. pag. 27. uers. 2. & 3.

Ἄρειος χρόνος, id est, indefinitum tempus, consummatam quidem actionem esse significat, sed indefinitè, id est, neque multò, neque paulo ante indicat, ob idq; ἀρεῖος dicitur, à πò τò α, γεριτικò μορίx, id est, ab α priuatiua particula: et ὁρεῖος, id est, finitus: ὁρίζω finio, definio. Differt autem ἀρεῖος à ταραχειμένω, id est, adiacente, quod ταραχειμένω rem iam primum præterisse indicat: unde dicitur adiacens, quasi iuxta id positum

B 3 quod

quod transit. Αόειγος uero præterisse rem significat: sed indefiniti (ut dixi) quia ambiguum est, num olim, an modò prætererit id de quo agitur, cum per indefinitum exprimitur: quod eius significatio alioqui præterita non circumscribatur neque limitetur: ut cum dico, τέτυφα, id est uerberaui, indico me iam primum uerberasse. Cum uero ἐτύτα, uel ἐτυπω dico, utens indiscriminatum alterutro Aoristo, uerberasse me significo: uerum ambiguus est quo cum ego loquor, olim'ne, an nuper uerberauim. Que duplicitis præteriti ratio uel hoc mihi probatur, quod actus alios ταχανδυλίω, alios uero ἀριζω significantius exprimamus. Romanus utrung; præteritum sub uoce unica confundit, uertens pro τέτυφα ἐτύτα & ἐτυπω, uerberaui. Gallus proprietatem hellenismi felicissime assecutus, pro τέτυφα suo idiomate uertit, ie l'ay batu: & pro Aoristo utroque ἐτύτα, & ἐτυπω, ie le batu. At si Aoristo adiunxeris aduerbiū ἀριτι, id est, nuper, Præteriti perfecti significationem fueris assecutus, ut ἐτύτα uel ἐπυπω ἀριτι, hoc est uerberaui nuper, Gallicè, ie le batu n'a pas long temps, hoc est, τέτυφα Græcè, ie l'ay batu Gallicè. Si uero Aoristo addideris τάλαι, id est, olim, Plusquamperfecti significationem habueris: sic ἐτύτα τάλαι, id est, ἐτετύφης. Ambo autem indefinite, significatione inter se conueniunt, sicuti & ambo Futura. Proinde linguae locupletandæ gratia potius, quam ulla necessitate excogitata uidentur hec duo tempora congreginata.

Ab indicatiuo, &c. pag. 29. uers. 16.

Notio, Adde modum Indicatiuum basim esse ac fundamentum reliquorum omnium modorum, quippe cum ex eius temporibus singulis singula sint formanda tempora, in reliquis deinceps modis & participijs. Idcirco primum omnium tibi sedulò ediscendas, memoriaq; firmissima tenendas, ut nullo postea labore possis inde aliorum modorum tempora corriuare. Præsens à Præsenti, Præteritura à præterito, Aoristum ab Aoristo, Futurum

turum à futuro, ut uia uoce Deo adspirante trademus.

Futurum quoq; nec h̄ic reperitur.

pag. 29. uersu 23.

Verba Demetrij sunt h̄ec, ἐτι ἐρ τοῖς τροσακῆσιοῖς ἡ ἐποτακῆσιοῖς μέλλοντες ἐν ἑστὶ, διὸ δὲ ἀθεργοὶ μελλόντωρ ἔχοτε συμασίᾳ καλεῖται δὲ ἀρχὴ ὡρ ταραχῶνται. id est, Præterea in Imperatiuis (inquit) & subiunctiuis Futura non sunt, uerum Aoristi futurorum habent significationem: denominationem autem sumunt ab illis, à quibus deducuntur.

Nihil quicquam neque citius, neque tenacius h̄erere potest, quam id quod oculi memoriae commendarunt: idcirco breuiſſimos tibi prescribemus elenchos, formulaq; deductionum temporum non pœnitendas, quibus citra laborem possis notionem assequi genuini discursus singulorum temporum per omnes Modos & Participia, deducendo illa à suis temporibus Indicatiui modi, hoc modo:

| | |
|--|---|
| Indicat. praesens τύπω
& imperfectū ἐτυπώσῃ,
quæ in alijs modis cōiuncti
aguntur sic, à superiore fā
Et semper deductione. | Imperat. τύπῃ ω in ε conuerso.
Optat. τύποιμι, ω in οιμι uerso.
Subiunct. ἐάρ τύπω, ut in Indicat.
Infinitiuus τύπειρ, à τύπαι, addi-
to, ρ.
Particip. τύπωρ, à τύπω, addi-
to ρ. |
|--|---|

| | |
|---|---|
| Indicat. perf. τέτυφα
et plusquamper. ἐτέτυφειρ,
que in alijs deinceps mo-
dis coalescunt sic, | Imperat. τέτυφε α, in ε.
Optatiuus τέτυφοιμι, α in οιμι uer-
so.
Subiunct. ἐάρ τέτυφω, α in ω.
Infinitiuus τέτυφέν. A τέτυφε,
addendo ραι, & accentu in penul.
retracto.
Particip. τέτυφώς, α in ως. |
|---|---|

Indicat.

| | |
|--|---|
| | Imperat. $\tau\acute{v}\dot{\tau}\epsilon\alpha$ in op uerso. |
| Indicat. Aorist. 1.
$\acute{\epsilon}t\acute{v}\dot{\tau}\alpha.$ $\alpha\acute{s}.$ A' quo
in reliquis deinceps
modis, reijce aug-
mentum. | Optat. $\tau\acute{v}\dot{\tau}\alpha\mu\acute{i}, \alpha$ in $\alpha\mu\acute{i}.$
Subiunct. $\acute{\epsilon}\dot{\alpha}\rho\tau\acute{v}\dot{\tau}\omega,$ conuerso α in $\omega.$
Infinitiu[m] $\tau\acute{v}\dot{\tau}\alpha\acute{u},$ à tertia Indicat. e uerso
in $\alpha\acute{s}.$ |
| | Particip. $\tau\acute{v}\dot{\tau}\alpha\acute{s},$ A' secunda Indicatiui $\acute{\epsilon}t\acute{v}\dot{\tau}\alpha\acute{s},$ reiecto augmento & psilo. |
| | Imperat. $\tau\acute{v}\pi\acute{e},$ op in $\epsilon.$ |
| Indicat. Aorist. 2.
$\acute{\epsilon}t\acute{v}\dot{\tau}\omega\acute{p},$ $\acute{\epsilon}s,$ A' quo
deinceps reijcien-
dum augmentum ut
in Aorist. 1. | Optat. $\tau\acute{v}\pi\acute{e}\mu\acute{i},$ ep in $\alpha\mu\acute{i}.$
Subiunct. $\tau\acute{v}\dot{\tau}\omega,$ op uerso in $\omega.$
Infinit. $\tau\acute{v}\pi\acute{e}\acute{p},$ idem cum secundo Futu-
ro, de quo paulò p[ro]st. |
| | Particip. $\tau\acute{v}\pi\acute{e}\acute{p},$ acuto $\acute{\omega}\acute{p},$ ex op grau-
tono, & reiecto augmento. |
| | Optat. $\tau\acute{v}\dot{\tau}\epsilon\mu\acute{i},$ uerso ω in $\alpha\mu\acute{i}.$ |
| Indicat. Fut. pri-
mum $\tau\acute{v}\dot{\tau}\omega.$ | Infinit. $\tau\acute{v}\dot{\tau}\epsilon\acute{p},$ à $\tau\acute{v}\dot{\tau}\epsilon\acute{a}$, addendo $\acute{p}.$ ut in
Præsenti. |
| | Particip. $\tau\acute{v}\dot{\tau}\omega\acute{p},$ à $\tau\acute{v}\dot{\tau}\omega,$ adde $\acute{p}.$ |
| Indicat. Fut. secundum
$\tau\acute{v}\pi\acute{\omega}.$ A' 2. Aorist. op in | Optat. $\tau\acute{v}\pi\acute{e}\mu\acute{i},$ uerso ω in $\alpha\mu\acute{i}.$
Infinit. $\tau\acute{v}\pi\acute{e}\acute{p},$ à $\tau\acute{v}\pi\acute{e}\acute{a}$, addendo $\acute{p}.$
ω circumflex. detractio[q];
Participium $\tau\acute{v}\pi\acute{\omega}\acute{p}$ à $\tau\acute{v}\pi\acute{\omega},$ addi-
augmento.
to, $\acute{p}.$ |

Iam uero reliquias formationes Temporum tu ipse aut ex Cle-
nardo, aut ex quovis alio grammatico aucupare: fecisse nanque
satis officio hoc loco mihi uideor, si digitum (ut aiunt) in fon-
tem intenderim, unde Grecarum literarum studiosi alias subin-
de atque alias, aliorum ex alijs temporum deriuationes hau-
riant. Nec me fugit, alios alia ratione deductionis & excursus
quorundam Temporum aliquando usos. Mihi quidem certè
placet facilitas, quam hactenus sive Graeca, sive Hebraica fue-
rint mihi tractanda, quam potui diligentissime enixissime que-
sum conjectatus. Quod quam uerum sit, attestari possunt iij iu-
uenes

uenes ingenui, qui toto hoc septennio aut oclennio peregrinas litteras me profitentem sedulò studioseq; audierunt. Nunc autem pergamus ad uerba Paſſiuia.

Fit ab actiuo extre. &c. pag. 33. uers. 13.

In formatione Præteriti Paſſiuui ex Actiuo, dicit Clenardus extremam literam aut syllabam conuerit in $\mu\alpha$. Tu autem hunc, in modum distinguo, ut dicas in Prima & secunda duntaxat Coniugationibus extremam literam, que perpetuò est α , conuerit in $\mu\alpha$: in reliquis uero deinceps Coniugationibus, in quibus uidelicet Præteritum in $\kappa\alpha$ definit, integra ipsa syllaba extrema, $\kappa\alpha$, migrat in $\mu\alpha$.

In prima coniug. &c. pag. 33. uers. 17.

Formando Præteritum Paſſiuum ex Actiuo, inuenias primum ordinem mutarum inter se oppositarum hac ratione. Nempe ut φ , sit index Præteriti actiui, in prima uero Paſſiuui persona, β , media, ante $\mu\alpha$, sed quia β , cum sequente litera, que est, μ , male cohæret, idcirco uertitur in μ , alterum, uitande Cacophoniae gratia, ut $\tau\acute{e}t\upsilon\varphi\alpha$, $\tau\acute{e}t\upsilon\beta\mu\alpha$, unde $\tau\acute{e}t\upsilon\mu\alpha$. In secunda uero & tertia Persona ante $\sigma\alpha$, uidelicet $\epsilon\tau$ & $\tau\alpha$, est π , tenuis: ut $\tau\acute{e}t\upsilon\cdot\tau\alpha$ pro $\tau\acute{e}t\upsilon\pi\alpha$, $\tau\acute{e}t\upsilon\pi\beta\alpha$: ψ , enim ualet $\pi\sigma$, ut nos docuimus suo loco.

Eadem hic ratio, &c. pag. 34. uers. 4.

In secunda coniugatione, secundus ordo mutarum inter se, eo quo suo loco docui modo oppositarū format Præteritum paſſiuum ex Actiuo, sic, ut χ , sit index Præteriti actiui: γ , uero, que media est, ante $\mu\alpha$, in prima uidelicet Præteriti paſſiuui persona sedem habeat: in secunda uero ac tertia eiusdem Præteriti paſſiuui persona singulari ante $\sigma\alpha$ σ & $\tau\alpha$, uidelicet est κ , tenuis: ut $\lambda\acute{e}\lambda\epsilon\chi\alpha$, $\lambda\acute{e}\lambda\epsilon\gamma\mu\alpha$, $\lambda\acute{e}\lambda\epsilon\xi\mu\alpha$, pro $\lambda\acute{e}\lambda\epsilon\pi\alpha$ $\lambda\acute{e}\lambda\epsilon\kappa\alpha$: ξ enim, ut ante dictū est, ualet $\kappa\sigma$. At in Præteritis reliquarum Coniugationum isthēc mutarum oppositio locum habet minimè, nisi de-

mum in Quarta, siquando in formatione Futuri & Præteriti perfecti secundam imitetur coniugationem: de cæteris autem consulito Clenardum.

Sexta coniugatio nunc.pag.36.vers.ii.

Verba illa que ex Sexta Barytonorum migrant in aliquam classem Contractorum, si Perfecti actiui penultimam longam habuerint, nihil ante *μαι*, assumunt: ut τοιέω, τεπόικα, τεπόικαι: βοάω, βεβόικα, βεβόιμαι: χρυσόω, κεχρύσωκα, κεχρύσομαι. Sin breue, ante *μαι* assumunt σ, ut τελέω, τετέλεκα, τετέλεσμαι: γελάω, γεγέλακα, γεγέλασμαι. Sunt que ab *σ*, proferuntur: ἀρέω ἄροκα, ἄρομαι: δέω, δέθεκα, δέδημαι: δέρω, δέδρακα, δέδραμαι. At uerba sextæ coniugationis incontracta, quandoque *σ*, recipiunt ante *μαι*: ut ἀκοίω, ἄκοσμαι, id est, audio, auditus sum: κελεῖω, iubeo hortor, κεκέλευσμαι: κλεῖω, claudio, κέκλεψμαι: τένω, taceo, contraho, claudio, μέμυσμαι: σείω, quatio, σέσφιμαι: κροίω, pulso, κέκρυσμαι. Quandog: nihil ante *μαι* aescunt, ut λίω soluo λέλυμαι: βασιλέυω, regio fastigio clareo, sceptra teneo, βεβαστίλευμαι: & alia id genus, si qua reperiantur, eodem modo formabuntur: que tu tua ipsius diligentia lectione accurata uenaberis.

Formula discursus ac deductionis temporum uocis pas-

sive Baryton. per omnes modos & particip.

Indicat præf. τύπτομαι et imperfect. ἐτύπτομηρ, que duo Tempora in alijs deinceps modis compactilia sunt, ut in actiuo à τύπτω, et in ομαι, fit τύπτομαι. Rursum ab ἐτύπτορ, uerso οη in δημηρ, fit ἐτύπτομηρ. Imperat. τύπτσ, à secunda Imperfecti sublato aug-

Optat. τυτοίμηρ, ομαι in δημηρ: uel ab actiuo μι in μιω, τύπτομι τυπτόμηρ.

Subiunct. ἐὰρ τύπτομαι, ut in Indicat. sed o præcedens μαι migrat illω.

Infini. τύπτεται. A secunda plurali Indicatiui uerso ε in αι: uel à tertia sing, uertendo ται in σοδαι. Partic. τυτόμενος uerso μαι in μενος,

Imperat. τέτυ-^λο, A secunda plusquam-perfetti sublato augmento.

Optat. τέτυμένος ἐίηρ. Suppletur per Participium præteriti temporis, & Verbum substantium Optatiui modi, ut apud Latinos.

Subiunct. ἐάπ τέτυμένος ω, ἵσ, ἵ, per Participium præteriti temporis, & Verbum substantium Subiunctiui modi: more Latinorum.

Infinit. τέτύφθαι, A secunda plurali Indicatiui uerso ε in αι, & accentu retractione in penultimam: uel à teria singulare mutatis tenuibus in aspiratas.

Particip. τέτυμένος, A prima singulari μαι uersa in μέν Θ.

Imperat. τύφητι, A tertia indicatiui, si uidetur, sublato augmento εν addito uel θ: uel τι, uide Clenard.

Optat. τυφθείηρ, A prima singulari, sublato incremento, εν inserta diphthongo ει inter mutam aspiratam, & terminationem ηρ, ut uides.

Subiunct. ἐάπ τυφθω, A prima singulari, sublato augmento, & uersa ηρ in ω circumflexum.

Infinit. τυφθεῖναι, A tertia singulari, sublato augmento, & addito ραι.

Particip. τυφθείς, A secunda singulari Indicatiui, sublato augmento, & acuto ε pro η uide licet.

Indicat. perfect. τέτυμμαι: & plusquamperfect. τέτυμηρ, que in alijs deinceps modis compinguntur ut in uoce actiuā, formatiōnē eorū uide apud Clenardum.

Indicat. Aorist. ι. τέτυφθηρ, à τέτυ-
νηαι, sublata reduplicatiōne, tenui-
busq; mutatis in a-
spiratas, & αι in
ηρ, uide Clenardū.

- Imperat. τύπηθι, A' ^{tertia singulari} sublato augmento, & addito θι.
- Optat. τυπέντι, A' ^{prima singulari} reiecto augmento, & interiecta ei diphth. ut in priore Aoristo.
- Indicat. Aor. 2.
ἐτύπηρ, ab Actiuo
ἐτυπορ, uersa syllaba op in ηρ,
- Subiunct. ἐάμ τυπῶ, A' ^{prima singulari} si uideatur, remoto augmento, & ηρ in ω uersa.
- Infinit. τυπῆναι, A' ^{tertia singulari} sublato augmento, & addito ραι.
- Particip. τυπεῖς, A' ^{secunda sing.} sublato augmento, & acutitona ultima, & assumpta ei pro η.

- Indicat. Fut. 1. τυφθήσο-
μαι, A' ^{secunda primi Ao-}
risti persona sublato au-
gmento, & addito ομαι: ut
ἐτύφθη, τυφθόμαι.
- Optat. τυφθησίμηρ. A' ^{prima sin-}
gul. ομαι in διμηρ.
- Infinit. τυφθησεῖτι, A' ^{secunda plu-}
rali sui temporis indicatiui, con-
uerso ε in αι, ut in Præsentii.
- Particip. τυφθησμένος, A' ^{prima}
singulari, μαι in μένος.
- Optatiuus τυπησθήμηρ, A'
prima singulari ομαι in
διμηρ uerso,
- Infinitiuus τυπησεῖτι, A'
secunda plurali sui tem-
poris indicatiui, sed ε in
αι.
- Particip. τυπησθήμενος, A'
prima singulari sui tem-
poris indicatiui modi, μαι
in μένος. τυπησόμαι, τυ-
πησθήμενος.
- Indicat.

Indicat. paulò pōst Futurum, tētū-
tōμαι. A secunda perfecti interiecto
oī, ut tētū-θαι, inter + Ε̄ ou interpo-
sito ou, fit tētū-θομαι : uide Clenardū:
Ε̄ contra naturam Futurorum, quip-
pe augmentatione carentium retinet au-
gmentum Preteriti, à quo formatur,
idē; in omnibus modis.

Optat. tētū-θίμημ. A
prima singulari ouē
in θίμημ uerso.
Infinit. tētū-θεατ̄. A'
secunda plurali Indi-
catiui, ε uerso in au.
Partic. tētū-θέμελ. O.
A' prima singulari,
uerso ouē, in μέλος.
tētū-θομαι, tētū-
θέμελ. O.

Nec te moueat, studiose lector, quōd aliam uiam ingressus
ego, alia plerunque ratione ac methodo usus sim, quanquām alijs
Grammatici conseptati sunt. Mihi in quibusdam placuit alia
sabinde atque alia præceptio, non in omnibus, inquam, sed in
iōnnullis duntaxat. Studui enim (ut prædicti) ε̄ facilitati, quan-
um in me fuit, ε̄ breuitati. Si alia methodus tibi arrideat, eam
amplectare. Si compendiariam magis nactus fueris uiam, eam
ingredere, cā insiste. Nihil enim refert, quo quisque modo, quaq;
ratione discat, dummodo rem recte intelligere queat. In hisce
formulis, à me breuitatis ergo tibi prescriptis, primas quasque
personas, in singulis temporibus tibi proposui: reliquas autem
atque adeò motionem totam, excusumq; coniugationis integre
per omnes personas ε̄ numeros, ex Clewardo expiscare. Vo-
lui enim hanc tibi præscribere uiam rationem ue, qua postquām
ex Clenardo solidam coniugationem didiceris, memorie tue
possis, nullo prop̄ negotio, inculcare, ea presertim, quae in
tanta multitudine, tot salebris, sinuosissq; anfractibus, facile me-
moria clabi possunt, ε̄ excidere. Tu, quōd ea quæsiuerim di-
uerticula, in quibus utpote aninum iam multis laboribus ex-
auilatis, multisque sudoribus fahiscentem recreare ac reficere
possis, et qui boniq; consilias. Quoniam autem ε̄ Actuum ε̄

Paſſiuum abſoluimus, reliquum eſt, ut de uerbo quoq; n̄tedio non-nihil agamus.

Verbum mediuim, &c. pag. 41. uers. 18.

Ab actiuo & Paſſiuo medium uerbum defleſtunt Græci, quod ſignificationis utrinque ſit particeps. Aliquando cum actiuue, aliquando & paſſiuue ſignificat, pro ratione ut pote conſtructionis.

Præſens & imperfectum uerbi Medij eadem prorsus ſunt cum uerbo Paſſiuo. Perfectum uero & Plusquamperfectum formantur ab Actiuo per indicem ſecundi Aoristi, & ſecundi Futuri cum finali & augmento perfecti & plusquamperfecti actiuorum. Proinde ſuperuacaneum foret, hoc loco proponere elenchos deductionum eorum temporum: ſiquidem iam Præſenti & Imperfecto Medij uerbi ſatisficimus in formula paſſiuorum, à quibus in duobus illis temporibus Medium ne latum quidem unguem diſcedit. Quantum autem attinet ad Perfecium & plusquamperfectum, ſequere tabellam actiuorum. Reliquum igitur eſt, ut perſtingamus utruque Aoristum, & utruque Futurum, in hunc modum:

Indicat. Aor. I. mēdīus ἐτυ-
χάμην, ab
ἐτυ-
χα primo Aori-
ſio actiuo, addendo
μην, ut ἐτυ-
χάμην.

Imperat. τύ-
χαι, A ſecunda Indicatiui
uerſo in αι, & adiecto augmento: ut
ἐτύ-
χω, τύ-
χαι ἀσθω,

Optat. τύ-
χαιμην, unde & quo modo
Imperatiuus addendo μην.

Subiunct. ἐ-
τύ-
χου, A ſecunda In-
dicat. ſublato augmento, & addito
μει.

Infinit. τύ-
χασθαι, A ſecunda plurali In-
dicat. modi ſublato augmento, &
uerſo in ει.

Particip. τύ-
χαμεν, A prima ſin-
gulari μην mutato in μενος, & abie-
cto augmento.

Indicat.

Indicat. Aor. 2. $\tau\acute{u}\pi\acute{o}$
μηρ, A secunda Aoristo
actiuo op in ὄμηρ uerso,
ut $\acute{\epsilon}\tau\pi\pi\sigma\pi\sigma$ $\acute{\epsilon}\tau\pi\pi\mu\mu\mu$.

Particip. $\tau\pi\pi\mu\mu\mu\Theta$, A prima sin-
gulari uerso μηρ in μλεσ, cum reiectione augmenti, ut $\acute{\epsilon}\tau\pi\pi\mu\mu\mu$, $\tau\pi\pi\mu\mu\mu\Theta$.

Indicat. Fut. 1. medium
 $\tau\acute{u}\vartheta\mu\mu\mu$, ab actiuo $\tau\acute{u}$
 $\vartheta\omega$, ω in ομαι.

Indicat. Fut. 2. medium
 $\tau\pi\pi\mu\mu\mu$, à secūd. Fut. act.
ω circunflex. uertendo in
εμαι: ut $\tau\pi\pi\omega$, $\tau\pi\pi\mu\mu\mu$.

Notio: Ex precedentibus igitur palam est, $\tau\acute{u}\vartheta\mu\mu\mu$, ut
Passuum significare percutior: ut Medium autem, percutio
uel percutior: sic reliqua & Tempora & Modos huiusce uer-
bi, aliorumq; consimilium, communiter exponito. Habent &

Imperat. $\tau\pi\pi\tilde{\nu}\tilde{\gamma}$, A secunda sui tem-
poris Indicatiui modi sublato au-
gmento, & circūflexa ultima, ut
 $\acute{\epsilon}\tau\pi\pi\tilde{\nu}$, $\tau\pi\pi\tilde{\gamma}$, $\tau\pi\pi\sigma\sigma\omega$.

Optat. $\tau\pi\pi\mu\mu\mu$, A prima singula-
ri sublato augmento, & uerso o
penultima in οι.

Subiunct. $\acute{\epsilon}\acute{\alpha}\pi\tau\pi\omega\mu\mu\mu$, A prima
singulari ὄμηρ uertendo in ωμαι
cum auillione augmenti.

Infinit. $\tau\pi\pi\tilde{\nu}\tilde{\delta}\tilde{\delta}\tilde{\jmath}$, A secunda plurali
uerso ε in αι, & augmento sub-
lato.

Particip. $\tau\pi\pi\mu\mu\mu\Theta$, A prima sin-
gulari uerso μηρ in μλεσ, cum reiectione augmenti, ut $\acute{\epsilon}\tau\pi\pi\mu\mu\mu$, $\tau\pi\pi\mu\mu\mu\Theta$.

Optat. $\tau\pi\vartheta\mu\mu\mu$, A prima singu-
lari, ομαι in οίμηρ.

Infinit. $\tau\pi\vartheta\tilde{\nu}\tilde{\delta}\tilde{\delta}\tilde{\jmath}$, A secunda plurali,
ε uerso in αι.

Particip. $\tau\pi\vartheta\mu\mu\mu\Theta$, A prima sin-
gulari uerso μαι in μλεσ.

Optat. $\tau\pi\pi\mu\mu\mu$, $\tau\pi\pi\tilde{\nu}\tilde{\nu}\tilde{\nu}$, A prima
singulari uertēdo εμαι in οίμηρ.

Infinit. $\tau\pi\pi\tilde{\nu}\tilde{\delta}\tilde{\delta}\tilde{\jmath}$, A secunda plurali
uerso ε in αι.

Particip. $\tau\pi\pi\mu\mu\mu\Theta$, A prima sin-
gulari uerso μαι in μλεσ.

uerba Deponentia Graeci, que sola uoce passiuā flectuntur, actiū tamen perpetuō significant: ut ἐγέρθημε operor, ἐγέρθημη, operabar, ἐγέρθημαι operatus sum. In hisce deponentibus coniugatis, primum omnium fingenda est uox actiua, etiam si abuisua sit.

Contractiones uerborum. pag. 46. uers. s.

Verba grauitona, actiua, passiuā, & media hactenus explicatum, quām potuinus breuiissimē: siquid enim in nostris hisce annotationibus desideretur, illud supplendum est ex Cleuardo: siquidem illa duntaxat uolui attingere, de quibus obscure nimis locutus fuisset Clenardus, aut de quibus etiam nihil prorsus dixisset. Nunc restant determinanda Circunflexa, de quibus animaduertas Canones sequentes licet.

Verborum circunflexorum coniugationes sunt tres, que quidem certè distinguuntur per figuratiuas uerborum Grauitonarum Sexta coniugationis, à quibus deducuntur.

Hæ characteristicae seu figuratiuae, sunt tres mutabiles, ε, α, ο: unde si uerbum grauitonum sexti coniugatus desinat in εω, Circunflexum ex eo erit primi ordinis coniugandi: ut τοιεώ, τοιεώ: Si in αω, secundi: ut βοάω, βοώ: si in οω, tertii: ut χειρόω, χειρόω. Proinde per ε primam, per α secundam, per ο tertiam distinguoscimus coniugationem. Ab alijs autem uerbis Grauitonis nulla deducuntur uerba Circunflexa. Circunflexa ob id dicta sunt, quod syllabam ultimam circunflectant, aut saltem syllabam affectam contractione, nisi sequens repugnet, quemadmodum & Grauitona, ab accentu graui, quo afficitur syllaba finalis. Dixi, nisi sequens repugnet, quia longa etiam contracta, ante aliam longam acuitur, ut ἐποιεύμη, ἐποιεύμη. Contracta uero, quia sunt ex contractione uocalis figuratiue ipsius uerbi grauitoni cum sequente uel uocali uel diphthongo. Cum igitur constet ex precedentibus omnem Contractionem fieri in hisce uerbis, ex uocali figuratiua uerbi grauitoni, eademq; breui, nempe

nempe ε, α, ο, & sequente uel uocali uel diphthongo : talem uero uocalium concursum tantum reperiri in prima cognatione temporum, hoc est, in Præsenti & Imperfecto, que habent eadem Formativas inter se, unde cognata dicuntur tempora, fit propter ea, ut hec uerba habeant duntaxat duo tempora, præsens & præteritum imperfectum in omnibus modis, & participijs. Quocirca superuacaneum fuerit, in uerbis eiusmodi cetera requirere tempora, cum ea sint grauitonorum sexti coniugatus, de quibus superius abunde satis diximus. Enim uero quia uerba hec contracta formantur à grauitonis actiuis, passiuis, & medijs, nemo attinet ea coniugare, antequam grauitonorum coniugationem exacte & tanquam proprios ungues tenuerit, alioqui uentos retribus captaturus. Tota enim eorum difficultas in contractione consistit, quam tu prorsus deuinaueris, si grauitonis coniugationibus perspectis & cognitis, canones pro formula contrahendi à Clenardo tibi præscriptos notauearis. Et quia tres (ut diximus) sunt Coniugationes contractorum, tres etiam, pro numero coniugationum, elenchos, quas figuræ contractionis uocant, tibi præscripsit, quas formulas habebis ob oculos, siquidem ex nobis alias non habebis. Verum enim uero notabis sedulò, iū: omni formula seu elenco, quatuor uocales, & quatuor diphthongos sequi continentur uocalem figuratiuam cuiusque uerbi grauitoni sextæ coniugationis. Vocales eiusmodi sunt due breues, uidelicet ε & ο: & due longæ ἡ, ω. Quatuor autem diphthongi sunt, ει, οι, ου, & ἡ cum i subscripto, ut uideas apud Clenardum in singulis formulis. Si ω sequatur figuratiuam cuiuslibet coniugationis, fit semper contractio in ω.

Indicat. præsens, τοιτω, ω. pag. 48. uersu 3.

Ratio contrahendæ prime coniugationis est eiusmodi: si diphthongus aut uocalis longa naturâ sequatur figuratiuam ε, in eandem ipsam sequentem fieri debet contractio: si uero ε, in ει: si ο, in οι, uide Clenard.

Indicat. præsens, βοῶ, ὁ. pag. 52. uers. 8.

In secunda coniugatione si figuratiuam α, sequatur uel o uel ω, fiet in ω contractio. Si uero ε, uel η, in α. quod si i sequatur in diphihongo, suppingitur uocali contractae α uel ω, ut uides. Si autem ν, prorsus subtrahitur: hinc constat liquidō, in hac coniugatione secunda, omnem contractionem fieri in α, uel ω.

Indicat. præsens, χειρόω, ω. pag. 55. uers. 23.

Contractio tertiae coniugationis sic fu: e figuratiua sequentibus duabus brcubibus, ε uidelicet, ε ο, aut etiā ου diphthōgo, in ου contrahitur. Si uero sequatur η, aut quæcūq; alia diphthongus, cōtrahitur in οι. At Theodoro Gazæ placet sequētε η monophthongo, contractionē fieri uel in ω, uel in ου: cui tamen refragatur Chrysoloras, cui placet οη in diphthongū οι dūtaxat cōtrahi. Hinc palam est, omnem huius coniugationis contractionē fieri in οι, ου, uel ω.

Monosyllaba circumflex. pag. 59. uers. 9.

Verba (inquit) contracta reperiuntur monosyllaba in secunda coniugatione δέκω, δέω: θλάω, θλῶ: κλάω, κλῶ. Sequitur apud Clenardum [In prima uero minime] quem locum sic legimus: in prima uero primæ coniugationis persona singulari minime, nec in prima plurali, nec tertia, &c. Constat locum hunc uel librariorum uitio corruptum esse, uel Clenardum non satis dixisse: idq; ex uerbis Demetrij, qui sic locum hunc tractat: τέτωρ ἡ τὰ πρώτα πρόσωπα ἐπὶ τῷ δεύτερῳ ἐνεργῶτος ἡ τὰ φαστικῆς, καὶ ἔτι τὰ τρίτα τῶρ πλητιώνων ὃ συναρρέσθαι. τὰ δὲ ἄλλα συναρίστηρ ἐπιδέχεται, οἷον πλέω, πλέος, πλέος: πλέοι, πλέοι: πλέομφ, πλέοτορ, πλέετορ, πλέατορ: πλέομερ, πλέετε, πλέατε, πλέοσιμ. ἐπλεορ, ἐπλεεε, ἐπλεις: ἐπλεε, ἐπλει: ἐπλέετορ, ἐπλέατορ: ἐπλέετηρ, ἐπλέατηρ: ἐπλέομερ, ἐπλέεῃ, ἐπλέατε, ἐπλεορ: id est, horum uero prime persone in Indicattuo, præsenii, & Imperfecto præterito, & item tertie plurales non contrahuntur. Aliæ autem tractat

tractionem recipiunt, ut $\tau\lambda\acute{e}\omega$, id est, nāigo, &c. ut $\tau\lambda\acute{e}\mu\tau$. Addē quōd Optatiua & Subiunctiua huiuscmodi uerborum non contrahuntur prorsus: ut $\tau\pi\acute{e}o\mu\tau$, $\tau\lambda\acute{e}\tau\sigma$, $\tau\lambda\acute{e}\tau\iota$. tāp $\tau\lambda\acute{e}\omega$, $\tau\lambda\acute{e}\tau\varsigma$, $\tau\lambda\acute{e}\tau\eta$, &c. Et de circumflexis quidem haec tūs, nūc ad uerba in $\mu\iota$ transitus est faciundus.

Indicat. præsens, $\tau\iota\theta\mu\mu\iota$, pag. 63. uers. 21.

Verba in $\mu\iota$ à terminacione nouen sortita sunt:

Verba autem Grauitona & Circumflexa ab accentu.

Verba in $\mu\iota$ quatuor habent coniugationes, quarum tres primæ deducuntur à uerbis grauitonis sextæ coniugationis, habentibus circumflexa. Que autem in $\mu\iota$ sunt quartæ, à uerbis item sextæ desinentibus in $\acute{\epsilon}\omega$: habentq; omnia uerba in $\mu\iota$ tria duntaxat tempora, Præsens, præteritum Imperfectum, & Aoristum secundum: cetera que uerbis in $\mu\iota$ tribuuntur, tempora sunt Grauitonorum. Proinde uerba in $\mu\iota$ Primæ coniugationis, sunt à uerbis in $\acute{\epsilon}\omega$. Secunde, à uerbis in $\acute{\alpha}\omega$: Tertiæ, à uerbis in $\acute{\epsilon}\omega$: Quartæ, à uerbis in $\acute{\epsilon}\omega$ desinentibus, mutando ω finale in $\mu\iota$, & penultimas uocales mutabiles in proprias longas, hoc est, e & α in $\mu\iota$: o in ω : v per se producitur, que longæ uocales in duali & plurali omnium actiuorum primæ coniugationis, & in omnibus passiuis & medijs iterum mutantur in suas breues.

Verbis in $\mu\iota$ trium primarum coniugationum, & grauitonis item eorum thematibus Iones præfigunt Augmentum, i, aut etiam loco τ i, in quibusdam e, cui (nisi extendatur positione, aut preponatur uerbo incipienti à uocali) preponitur consonans capitalis litera ipsius thematis: unde fit, ut uerba eiusmodi trium sint ut minimum syllabarum. Que autem nos hoc loco Augmenta uocamus, Clenardus Reduplicationes proprias & in proprias appellat.

Superiorum regularum exempla.

Themata grauitona, unde sunt uerbain $\mu\iota$.

$\acute{\epsilon}\omega\omega$

$\tau\acute{\epsilon}\omega\omega$

$\tau\iota\theta\mu\mu\iota$

C t

$\acute{\epsilon}\omega\omega$

| | | |
|---------|-------|-----------|
| θίω | θιδίω | θιδωμι |
| ζευγρύω | | ζεύγρυμι. |
| σάω | ισάω | ισημι. |
| ἴω | ἴεω | ΐημι. |

Reliqua autem quæcunque tradi possunt de uerbis in μι in præsentia, tibi ex Clenardo supplenda sunt, siue ad Coniugationem ea spectent, siue ad temporum deductionem: cuius certè deductionis formulas tibi præscripsisse, haud secus ac feci in uerbis grauitonis, nisi subiijset uererī, ne nimius esse in re ex antecedentibus perspicua satis. Nunc autem reliqua pergamus adnotare, que Clenardo intacta, aut ab illo non satis discussa, pernecessaria videbuntur.

Tertiæ personæ, Sing. ὁς, οὗ, pag. 80. uers. 2.

Nominatiuus ὁς, Pronominis primitiui autore Demetrio, est abusiuus, sed à casu gignendi οὐ, id est, sui, incipiendum, id quod Latini imitati Græcos sacerunt.

Attici demonstratiuū. pag. 80. uers. 25.

Singulis casibus pronominum Demonstratiuorum Attici addunt iota acutitorū, idq; autore Demetrio, τῷ οὐ τῷ λέοντα εἰνδειξιψ, id est, ad maiorem demonstrationem. In 27. ante uersu eiusdem pag. τοῦτοι οὐ ταῦται, pro τούτοι οὐ ταῦται dicta sunt per Syncopen, uitandi hiatus gratiā.

Contrahuntur etiam nomina in οος,

pag. 91. uersu 3.

Vox incontracta nominum in οος desinentium, Tertiæ est declinationis simplicium, declinaturq; instar nominis λόγος λόγης. Eo nanque modo quo in secunda reperiuntur quædam in casibus omnibus contractionem recipientia, ut docuit Clenard. pag. 89. uersu 25. eodem quoque modo hec in omnibus casibus contrahuntur. consule Clenardum.

Sic χειρος. pag. 91. uersu 18.

Nomina metallica contractionem admittentia, in syllabam contract

contractum accentum (contracanones communes omnium aliorum nominum) retrahunt: uide Clenard.

Acuta in *us* & *eos*. pag. 91. uers. 25.

Meminit hoc loco Clenardus eorum nominum, quæ à Theodoro dicuntur nomina primi seu prioris *v*, & nomina secundi *v*: illa enim apud Theodorum dicuntur primi *v*, quæ in obliquis pro *v* finali recti & primi casus, assumunt ε, ut ἡδύς, ἡδέος: secundi autem *v*, vocantur illa, quæ in omnibus casibus retainent *v*: immo quæ in contractis casibus in *v* contractionem ferunt, ut ὁ βόψυς: βόψυς: οι & ὁ βόψυς, βόψυς, τοὺς βόψυας, βόψυς: consule Clenard. uersu ultimo, pag. 91.

Attici tertij person. pag. 95. uersu 10.

Si uel aliquatenus te torqueat hic locus Clenardinus, uide tu ea, quæ de appendice tum Attica tum communis superius dixerim in eum locum Clenardi, ubi pagina 23. uersu 26. sic habet: Datiniis pluralibus aut personis in i desinentibus, &c.

Litera *g*, &c. pag. 95. uersu 13.

Verba omnia, quorum litera capitalis thematis est *ρ*, quia *ρ* consona est, syllabicè augmentur: sed ut ε syllabicum augmentum sit positione longum, ρ geminatur in præteritis post ipsum augmentum, ut πέω, ἐρρέοψ: πεπτώ, ἐρρεπτώ: sic reliqua cohors uerborum à *ρ* incipientium. Cæterum de tenuando & aspirando *ρ*, siue in principijs dictionum, siue in medijs dictionibus, abunde sat, nisi fallor, locutus sum in initio harum adnotationum: tu igitur siquid hac in re hoc loco desideres, illinc repetas.

In incremento, &c. pag. 95. uersu 25.

Duo sunt uerba ab α incipientia, que contra normam aliorum non mutant α in η in Præterito imperfecto, augmenti temporalis recipiendi gratiâ, propter concursum utpote duorum ηη uitandum: ἀνθεάω desuesco, Imperfect. ἀνθεάοψ, & non ἀνθεστροψ. Sic ἀνθιζόμενος, abhorreo, Imperfect. ἀνθιζόμενη. Nec item ista

duo, ἀνά spiro, ἀνά op, ne coincidat cum ἀνά ibam, ἀνά audio, ἀνά op,
ne denovo coincidat cum imperfecto ἀνά op ibam.

Diphthongon si hæc &c. pag. 96. uers. 13.

Verba que hoc loco citantur à Clenardo, non mutare si in
Præterito imperfecto, sed illis superaddidit Urbanus διμέλος,
id est, lugeo : Aoristo primo tamen usus est Plutarchus, θεωρεῖ:
Et Lascaris in tractatu de uerbis anomalis ita dicendum esse cen-
set. Ad uertendum autem est, pleraque eiusmodi uerborum, aut
anomala esse, aut deflectiva, aut certè inuisita in quibusdam tem-
poribus. Proinde ex autorum classicorum accurata lectione usus
eorum est attendendus.

Compositi augetur, &c. pag. 96. uers. 17.

Præter ea que iam de augmento dicta sunt, sciendum, uer-
bum cum Præpositione compositum non plus significans quam
simplex, augeri in principio totius compositionis, hoc est, si sui simpli-
cis significationem seruet, suscipere augmentum ante præpositio-
nem, scilicet in principio uerbi: ut ἐπώ dico, componitur cum ἐπ,
et idem significat, επέπω, ἕπετοπ: ἐνδώ dormio, καθεύδω idem,
καθέδυσοπ compositum ex καθ, et ἐνδώ, abiecta per Apo-
strophum extrema uocali Præpositionis, et muta tenui conuer-
sa in suam aspiratam, propter aspiratam sequentem uocalem. Te-
nues enim muta, ut ante diximus, ante uocalem aspiratam semper
transit in suam aspiratam. Præpositione uero plus significa-
ti addente notandum fieri Augmentum in principio uerbi sim-
plicis, non præpositionis per compositionem uerbo præfixe:
hoc est, ut aperius loquamur: Verba composita si signifi-
cationem simplicis mutent, suscipiunt augmentum inter præpo-
ositionem et uerbum: ut λαλέω loquor, καταλαλέω detraho,
κατελάλεοπ: γράφω pingo, scribo, καταγράφω describo, de-
pingo, κατέγραφο: ἀκούω audio, ταχακό disimulo audire,
obaudio, ταχίκοπ.

ultima

ultima uocalis, ut prediximus, præpositionis, præterquam ab his duabus τρόποις τετέληται: ut οὐ φέρω curro, τρέψας φέρω træuerto cursu, præcurro τρέψας φέροις: ἵστημαι, εἰ, κενίο, τρέπερχεμαι, obterro, obambulo, τρέπερχόμην.

Quædam Attici augent initio, &c.
pag. 96. uers. 20.

Docet hoc loco Clenardus, quædam Composita more Attico suscipere augmentum in principio, quædam in medio, & quædam utrinque: quorundam tamen simplicia themata sunt abusiva.

Attici inchoatorum ab ε, &c.
pag. 97. uers. 10.

In uerbis incipientibus ab ε, α, ο, Attici præterito communi actiuo, paſſiuo, medio, duas literas initiales presentis anteponunt, corripiuntq; sepius tertiam à principio syllabam, si uerbum quadrissyllabum excrucerit, uel si maius, hanc regulam accipe his uerbis: Præterito communi uerborum à breui uocali mutabili incipientium, actiuo, paſſiuo, & medio Attici duas primas literas thematis præfigentes, tertiamq; à principio syllabam corripientes, si tres syllabas excesserit, proprium præteritum faciunt actiuum, paſſiuum, & medium. Tertia syllaba hoc modo corripitur, si longa fuerit, uidelicet η in ε, & ω in ο conuertetur: & subiectiuem quidcm, utpote ι, υ, præpositiuam reijcident: ο uero subiectiuas abiicit ex diphthongo, si tertia, à prima syllaba, longam uocalem diphthongum ue habuerit. Quod si breuem uocalem, eam retinebit. Itidem & communem siue bitempoream: uideas tamen in quibusdam tertiam à principio dictionis syllabam longam esse positione, sed non natura.

| Præsentia, | Præterita communia. | Præterit. Attic. | |
|-------------------|---------------------|------------------|-------------|
| ἀλέθω molo | ἀληκα | η, ε | ἀλήλεκα. |
| ἐρωτάω interrogō | ἐρώτηκα | ω, ο | ἐρηρότηκα. |
| ἀλείφω unctiono | ἀλειφα | ει, ι | ἀληλιφα. |
| ἐλένθω uenio | ἐλευθα | ευ, υ | ἐληλύθα. |
| ἔτοιμάζω paro | ἔτοιμακα | οι, ο | ἔτοιμόμακα. |
| ἀκούω audio | ἀκουκα | ου, ο | ἀκηκοα. |
| ἀγείρω congregate | ἀγερκα | ε, ε | ἀγηρέρκα. |
| ἐγέρω excito | ἐγερκα | ε, ε | ἐγηρέρκα. |
| ἀλέω perdo | ἀλεκα | ε, ε | δλώλεκα. |
| δμόω iuro | δμοκα | ο, ο | δμώμοκα. |
| ἐρίζω litigo | ἐρικα | ι, ι | ἐρήρικα. |
| δενούω fodio | δρυχα | υ, υ | δρώδυχα. |
| δλλω perdo | δλα | | δλωλα. |
| δπτω uideo | δπα | | δπωπα. |
| ἐδω comedo | ἐδα | | ἐδηδα. |
| δζω oleo | δδα | | δδωδα. |

Similiter in plusquamperfecto fit Attica reduplicatio, ut ex δρώδυχα, ἐρωρύχαιρ : δμώμοκα, δμωμόκαιρ : & sic de similibus.

Attici præterea pag. 98. uers. 12.

Themate à λ ει incipiente, Attici in præterito, pro λ ει reiectis, ipsi ε psilo asciſcunt, ut confletur diphthogus ει, ut λέβω, λέληκα, ἔληφα, ἔλημα, ἔληφθηρ : μέτρω, μέρομα, μέμαρμα, ἔμαρμα, δέμαρμει Θ, ἔμαρμειν, &c. consule Demetriū.

Futura tria sunt pag. 100. uers. 1.

Dicit Clenardus tria esse futura, quæ spiritum Præsentis seu thematis non seruant, sed nullam ille addit rationem, præterquam de Futuro ἔτω, quæ tamen est inualida, si proprius ingenij aciens intendat. Sed illa potius danda erat ratio, quæ omnibus communiter inseruiret, nempe ne due aspiratae concurrerent in principio dictionis; exemplatibi ex Clenardo petenda sunt,

& adamusim examinanda.

Quatuor Attici,&c. pag. 101. uers. 12.

Hec regula strictior est, quam si operæ pretium: si quidem in numerum quaternarium cogi non debet, quia paſsim apud Aristophanem, & alios classicos autores Græcos inuenias omnia, siue ullo discrimine, uerba formare secundas, tum præsentium tum futurorum omnium personas in ei pro: tu uideris.

Et tertia pluralis in Aorist. pag. 114. uers. 19.

Putat Clenardus Syncopen esse, cum dicitur ἡγεμόνερον ἡγεμόνερον, & ἐκόσμητερον ἐκόσμητερον, id quod profecto non fecisset, si proprietatem linguae Boæoticæ expendisset, que in Aoristis paſiuis à primis singularibus in ἡρη desinentibus amborum quidem Aoristorum paſiuorum ἡρη in ερη mutata format tertias plureles, ut ἐκόσμητερον, uerso η in ε fit ἐκόσμητερον: alioqui si cum Clenardo Syncopen esse censeremus, dicendum foret ἐκόσμητερον, per a facta Syncope, quod omnino est absurdum: recte contrà sentit de reliquis, que ille de Syncope tradit: et sic hoc in loco canemus receptui, etiam iniuiti. Multò plura enim in Clenardum adnotauissimus, nisi id unum nobis accidisset, quod sine lacrymis meminisse non possumus. Cum enim studioſo cuique, & lingue potissimum Græce candidato, hasce minutias, rudioribus adhuc ingenijs, tenuilque lacte alendis non omnino iniuitiles, scriberem, allata mihi ab amico epistola, que stylum meum, studiorumque meorum impetum summopere repreſbit: quippe que me (quanto meo dolore non dico) obitus materni certiorem fecit. Et quia homo sum, nihilq; à me humani alienum putau, ut sunt hominum mores, humanis affectibus permotus ego perfecta epistola, illico & chartas & calanos abieci, obortis lacrymis. Per funestam lugubremque eiusmodi epistolam, ab amicis alijs superstiñibus deuocabar ad pollinctoram ac procurationem funeralis materni, cui officio abnuere impium omni

46

omnino putandum fuisset. Ceterum mihi dolet non parum,
quod opus nec satis absolutum, nec climatum satis, emittere ha-
beam necesse: impulsus præterea etiam à bibliopola, qui quoti-
dianis conuitijs efflagitat, ut macto animo pergam edere soc-
tum uel immaturum. Qnod profectò feci intrepidè, sed ea pro-
cluitate animi, ad literas bonas tum excitandas, tum souendas,
qua propensus iam multos annos in studiosos quosque fui, & fore
in animo est. Et cum illa inoleuerit consuetudo, ut plerique o-
mnes libros suos uel magnatibus quibusdam, uel proceribus
ciuitatis cuiuspiam, uel columnibus quoq; rerum pu-
blicarum, regibus, imperatoribus nuncupent: ego
quidem certè τῆς νεροδοξίας aucupandæ
minime cupidus, obuio cuiq; mihi cer-
te beneuolo istud meum dedico
opusculum, modò memi-
nerit ille bene uiuere,
& letari, hoc
est.

אֲבוֹל שְׁתָוָה אֶעֱשֵׂה מִזְבֵּחַ זְשָׁמוֹן.

Τ Ε Λ Ο Σ.

ΡΕΝΑΤΟΥ ΙΛΑΟΝΙΟΥ ΕΠΙ-
γράμματος Βασιλείου, καὶ Βασιλέως ἀπο-
μνημονεύματα.

ΕΜΠΛΗΣΜΟΣ μῶλυς ἐπισείχωμ αὐτὸν τοιαύτης
Ομμαστηράμβλωσομ, ἐπειδεύτερο φῶτος ἵκηρος
Ος νέστωματότωμ ἐπιλωβέα καὶ ἄλλοις αὐτοῖς.
Αὐτάρ ὁ Βασιλεὺς τὰ μὲν επικαίμειος πλεῖστον
Ἄνθειαν ιστούμενος, μαραθόνας ἀτ' ἐνόχυτος δρωμέ
Βοσκεδεῖς, ὡκύντε καὶ αὐγκέντα τίθησι.

